

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 00357159 3











283

34

**CORPUS**  
**SCRIPTORUM HISTORIAE**  
**BYZANTINAE.**

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,  
CONSILIO


**B. G. NIEBUHRII C. F.**

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE  
BORUSSICAE

CONTINUATA.



*31853*

PARS II.

**P R O C O P I U S.**

VOLUMEN I.

*Vol 43.*

---

**BONNAE**

**IMPENSIS E. D. WEBERI**

**MDCCCXXXIII.**

P. P. CORPUS  
SCRIPTORIUM HISTORIAE  
BYZANTINAE

EDITIO EMENDATA ET COPIOSIOR

DF  
503

B. G. NIEBUHR II. C. F.


C6

v. 43

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE  
BORUSSICAE

CONTINUATA



PARS II.

T. R. O. C. O. P. I. E. S.

VOLUMEN I.

ROMAE

IMPENSIS ER. WENTHII

MDCCLXXXVII





P R O C O P I U S

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

---

VOL. I.

---

---

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIII.



---

## PRAEFATIO

### GUILIELMI DINDORFII.

---

De vita et scriptis Procopii quae dicenda habeo, quoniam cum Alemanni disputationibus sunt coniuncta, volumine tertio exponuntur. Quamobrem hoc loco nonnisi siglae sunt explicandae librorum, quibus ad emendandos de bellis Iustiniani commentarios usi sumus: nam de reliquis scriptis suo loco agetur. Est igitur

A codex Parisiensis regius 1702, scriptus in membranis saeculo tertio decimo, foliis aliquot hic illic a manu recentiore suppletis, quod ex Catalogo cognovi vol. II. p. 389. Insunt historiarum libri quattuor priores. Est optimae notae codex, cui multorum locorum tum emendationem tum supplementa debemus.

B codex Parisiensis regius 1699, chartaceus saeculi quinti decimi, octo complexus historiarum libros. Huius ego accuratius collati nonnisi specimina quaedam ab Niebuhrio accepi ad p. 175 — 177 et 544 — 547 ed. Paris. apposita. Quae res hoc habuit incommodi ut reliqua lectionis varietas ex duobus aliis fontibus petenda fuerit, quos alioqui non adissem. Nam quae ex eo libro in annotatione sua attulit Maltretus, eadem qua ille usus est sigla (Reg.) ab nobis designata, non referunt plenam lectionis diversitatem, nec satis certa apographi Leidensis (L), ab Iosepho Scaligero correcti, fides est, cuius nobis copiam fecit Iacobi Geelii amicitia. Correctiones margini huius libri commissas litteris Lm indicavimus.

V Lucae Holstenii apographum supplementorum codicis Vaticani: vide annotationem ad p. 229, 20. 243, 5. 256, 10. 275, 3. 326, 4. 334, 4. 372, 14. 497, 17. huius voluminis. Excerpta ex hoc codice, qui aetate pariter atque auctoritate praestat ceteris, lectionis varietate usus est Maltretus: ut denuo et accuratius ex-

cuteretur, ego nunc quidem non magis quam Niebuhrius efficere potui, quantumvis cuperemus. Insunt octo historiarum libri.

H Davidis Hoeschelii editio, Augustae Vindelicorum impressa a. 1607, ex codice composita Monacensi et duobus apographis codicis Parisiensis 1699, altero Leidensi, de quo supra dicebam, altero Petri Chabanaei, quod duobus constat voluminibus, quae ipsa quoque in bibliothecam regiam illata numerantur 1700. 1701.: vide Catalogi vol. II. p. 389. Ex hac editione et apographo Leidensi in annotatione critica, omissis centenis scribendi vitiis, tantum attuli quantum utile videretur. Integram enim lectionis diversitatem rationi consentaneum est non aliunde quam ex ipsis codicibus peti Monacensi et Parisiensi illo 1699. Quaquam his recentibus exemplaribus facile carebimus, si Vaticano aliisque antiquioribus, qui in Italicis latent bibliothecis, codicibus potiri licuerit. Inter quos sunt Pinelliani Mediolanenses, de quibus dictum ab A. Maio ad Dionysii Halicarnassensis fragmenta p. 171.

Hm margo editionis Hoescheliana: de quo vide ipsius Hoeschelii praefationem infra appositam.

P editio Claudii Maltreti, quae Parisiis prodit a. 1662, in duo divisa volumina, repetita Venetiis a. 1729.

Pm margo editionis Maltreti.

RV Raphaelis Volaterrani interpretatio Latina librorum de bellis Persico et Vandalico, multis locis compendifecta, quae primum prodit Romae a. 1509, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Pers. Christophori Personae interpretatio Latina librorum de bello Gotthico, edita Romae a. 1506, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Hugonis Grotii quae passim afferuntur emendationes et coniecturas ex bibliotheca Leidensi suppeditavit Geelius.

Interpretatio Latina Claudii Maltreti est.

Temporum notae quum propter narrandi ordinem, quem sequitur Procopius, marginibus apponi commode non potuerint, chronologicis rationibus alio modo consulemus.

Scribebam Lipsiae m. Octobri a. MDCCLXXXII.

## EX PRAEFATIONE DAVIDIS HOESCHELII

Quemadmodum editurus Bibliothecam Photii, Origenis libros VIII contra Celsum, et alia, de variis semper Codicibus laboravi, quo plenius singula et correctius prelo adornarentur: ita in Procopio Graece publicando idem mihi studium, labor idem fuit. Quocirca nobiliss. dn. Ioan. Georg. Hervuartus, sereniss. Bavar. Ducum intimus consiliarius, hoc cognito, primus e Ducali Bibliotheca m. s. misit Codicem: alterum illustris Iosephus Scaliger, a sese emendatum; tertium clariss. Isaacus Casaubonus manu exaratum perelegante Petri Chabanaei. Illum Boicum, quod ceteris esset emendatior et integrior, sum secutus potissimum: his, ex uno eodemque descriptis exemplari Regio, si qua fuit lectionis varietas (ut fuit maxima lib. 4. de bello Gotth.) in margine locum dedi; sin quid ex altero utro allatum, atque redintegratum, id, excepto lib. I. uncis est inclusum. Idem Casaubonus, quae ad librum de Aedificiis Iustiniani supplendum eruditissimus Carolus Labbaeus IC. e veteri Codice transscripsit, mecum etiam liberaliter communicavit: ut altero fere tanto hic auctior, quam antea, in lucem nunc prodeat. Caeterum de Procopio Graece imprimendo viri docti tam cupide institerunt ideo, quia male ab interprete acceptum norant; qui et τὰ καίριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. nam et finem belli Gotthici iusto pene volumine fraudavit \*). Quorum deside-

---

[\*] Notat Christophorum Personam: vide Maltreti praefationem p. XIII.]

rium ut explerem, sumptus ad maturandam editionem ornatis-  
 simi cives Augustani, Io. Georgius Oesterricher, p. m. Ioannes  
 Huep-her, et Vuolfgangus Emekofer, suppeditarunt. quos ho-  
 noris causa nomino: ut eorum exemplis alii ad similiter Reip.  
 literariae opem ferendam allecentur et invitentur. De aliis  
 sic habeto; Procopium Agathias ῥήτορα, Suidas σοφιστήν etiam  
 appellat: quae sic distinguuntur, ut ille sit orator, qui causas  
 in concione, in foro, in senatu agit; hic Latinis Rhetor, qui  
 in scholis docet artem oratoriam. — — Quod si tirones  
 quoque Graecae linguae autori huic legendo, propter et faci-  
 litatem et perspicuitatem, quid temporis volent tribuere; prae-  
 ter rerum noticias, modos loquendi elegantiores, et synonymiae  
 exempla in ipso non pauca reperient. Cuiusmodi sunt ἀλιεύς,  
 ἀσπαλιεύς, γριπεύς, σαγηνευτής, piscator: ἄρδιχος, κόφινος,  
 ταρπή, sporta: εἰρκτή, δεσμοτήριον, δωμάτιον, φρούριον, φυ-  
 λακή, carcer: ὁ τῆς εἰρκτῆς ἄρχων, ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων,  
 carceris princeps; qui Genes. 39. ἀρχιδεσμοφύλαξ dicitur, et  
 cap. 40. ἀρχιδεσμώτης, Luciano ὁ ἐπὶ δεσμῶν. De quo alibi  
 erit commodior dicendi locus, quare nunc desino.

---

---

## EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

---

A M P L I S S I M O  
I L L U S T R I S S I M O Q U E V I R O  
D. D.

P E T R O S E G U I E R I O,  
F R A N C I A E  
C A N C E L L A R I O.

---

Non adeo sum hospes in patria, ILLUSTRISSE CANCELLARIE; ut nesciam, quantum iuves favore tuo mirabilem Galliae fecunditatem: qua et novi ingeniorum excellentium foetus eduntur quotidie; et veteres, atque alibi nati, felicius apud nos renascuntur. Multi certe, quos hodie redivivos amplectimur, in abditis bibliothecarum pluteis adhuc iacerent; nisi eiusmodi tumulos benignitas tua aperuisset, ac sepultis vitalem quandam afflasset auram. In primis pars optima Historiae Byzantinae Tibi animam debet, ingenti receptam corpore; et quidem ita, ut ab interitu iam plane secunda sit. Hoc autem quis pro merito aestimet beneficium, quo spirat ac loquitur insignis illa *Temporum testis*; viget *Vita memoriae*; docet *Magistra vitae*; animos tenet *Nuntia vetustatis*? Munus adeo memorabile lectores, si grati haberi volunt, eo magis praedicent, quo minus auctores possunt. Qui si nunc viverent, et luce suis monumentis reddita fruerentur, omnes uno ore iustissimas Tibi gratias agerent. Tali Procorius Caesariensis officio non contentus, probaret meum; visaque hac suorum Operum nuncupatione, mihi consilium optimum, sibi famam, immortalitate Nominis tua mansuram gratularetur. Stylum etiam, credo,

Tibi suum dicaret, illectus copia ac splendore materiae, quam suppeditas. Collecta in unum decora intuens, quae in clarissimis aevi sui magistratibus laudavit, eum esse Te fateretur, qui nec Symmacho Christiana beneficentia, nec Boëtio erudita pietate inferior, Proclum integritate, prudentia Phocam, lenitate animi Basilidem superes. Erunt forte qui Tribonianum Oraculum fori nominent: si tamen hos libros legerent, nihil in eo fuisse dicent, quod suspicere debeas, aut invidere possis. immo vero requirent multa, quae egregio virtutis ac doctrinae cum natura consensu in Te posita sunt; et senectutem tuam incredibili vigore corporis animique, singulari apud Principes gratia, et amplissima in subditos auctoritate beatissimam faciunt. Ille satis habuit Ius scribere: Tu et scientia comprehensum tenes, et moribus exprimis, facienda factis commonstrans. De tribunali pronuntias, quemadmodum aiebat Philosophus, *cum vultu et animo Legis, quae sine ullo impotenti motu aequum bonum constituit*. Ut vero Lex a Tullio dicitur *Mutus Magistratus*; sic Tu, ILLUSTRISSE CANCELLARIE, non immerito appellari potes *Lex loquens*. Quid mirum, si vocem tuam Maiestas Regia suffecit suae? cum probe sciret se nullo ore vicario melius fari quam tua posse. Non est cur LUDOVICUS ADEODATUS Te illo excitet monito Theodati Italiae Regis: *Considera in verbis tuis laudem positam Principalem. Fama nostra est quod loqueris: conscientia sine dubitatione quod sentis*. Adeo non quidquam profers, cuius ipsum vel pudere possit, vel poenitere; ut per Te obtento bonorum assensu, quo nihil est gloriosius, fidele mentis optimae testimonium, quo nihil dulcius, confirmetur. In sacrarium admissus augusti pectoris, quanta cum dignitate id reseras, et splendorem exhibes Numinis, quo plenum est! Hinc illa erga Regem maximum venerationis ad amorem accessio, et incrementum obsequii: cuius causa in extremum venisti discrimen; cum sacrilegus perduellium furor in rhedam, qua vehebaris, facto impetu, tecum Fidem, Constantiam, Aequitatem perdere tentavit. Nec dubito quin coelestis manus aliqua hebetaverit crudele ferrum, lethiferumque ignem extinxerit, ne Religio praesidium amitteret; et Pax civilis, cuius exilio sacra omnia turbari solent, reditum desperaret, sequestro orbata sapientissimo.



Te sospite rediit, viam nacta consiliis tuis expeditam: revexit opes: male dissipatas vires coëgit, Gallisque universis optabilem Victoriam revocavit. Mox ambae Regnum bearunt; dum altera vigeret domi, Te administrante Rempublicam altera foris domaret hostes, ac supplices Regum praestantissimo sisteret. Nisi Pacem domesticam fovisses, haud coacti fuissent exteri communem ab eo petere. Hanc, ipsorum iniuriis pridem pulsam, IUSTI Filius reverti iussit; reducemque *osculata est Iustitia*; ideo nunquam a nostris digressa partibus, quia Te vindicem et assertorem habuit sub amantissimo Principe. Cui sane Procopius meus in ordine infimo servire mallet, quam inter primarias dignitates Iustiniano. Urbis quidem Praefecturam gessit; sed eo tempore, quo Byzantium adeoque Imperium profligari Imperator siverat, nimium tribuens improbis magistratibus: quorum culpa fiebat, ut pacis artes belli fraudibus peiores essent. Inde, ut caetera taceam, nata est Historia arcana: qualem hic author nequiret apud Te meditari; ubi nihil odiosum, sed omnia plausu et amore digna publico videret. Res demum tuas scripturus, quid optaret aliud, nisi parem argumento facultatem dicendi? quid timeret, nisi modestiae offensionem tuae? Iam, si illius promissi memor, quo se obstrinxit in libris de Bello Gotthico, Religionis controversias mandaret literis, et opus ad hoc usque tempus perduceret; ibi Tu emineres sub utroque LUDOVICO. Neuter profecto sui in errorum monstra odii Ministro usus est ullo, qui longius quam Tu a prece pretioque refugerit. Quoties Calvinii haeresis, cuius extremos anhelitus huc e propinquo missos facile audio, in Te circa regios cancellos fremuit? cum frustra satageret ad sigillum irrepere; ut eo munita grassaretur liberius, numerumque perditorum angeret. Tunc videlicet cavisti diligentissime, ne sacra Lilia maculam contraherent, et verendos Principum vultus pollueret cera, quam indulgentia nimia mollivisset. Nihil plus profecit larva recentior Augustinum mentiens, turpisque Novitas Antiquitatem simulans venerabilem. Longius prorupissent damnata in coelo ac terris capita; nisi Tu Dei Regisque causam toto pectore amplexus, dedisses operam, ut suis deiecta praesidiis, latebras procul quaerere cogerentur. Utinam illuc intraret salutaris pudor, neque au-

derent novum petere Concilium, qui toties Tridentinum risere. Quod si hodie coetus eiusmodi indiceretur; Sorbona, Academia Regina, secum reputans, quanta cum laude ipsius comitia temperaveris, procul dubio suaderet, ut amplissimi consensus cognitor optareris, reluctantibus licet defensoribus Gratiae, fato quodam ineluctabilis. Vinceret assensus ECCLESIAE, quae in tuo erga se studio plurimum ponit: neque ignorat sua interesse, ut memoriam virtutis inclytae emori minime sinat. Quare sibi charissimum SEGUIERII nomen suis consecrabit annualibus, et egregiae in Sedem Apostolicam observantiae exemplum posteritati proponet. Nos vero minimi tantae parentis filii, quibus hoc impensius faves, quo iniquius ab illius adversariis petimur, quid non efficeremus; si et promeritis in nos tuis, et nostrae erga Te voluntati par facultas suppeteret? Equidem scio, eorum, quibuscum vivo, neminem opera egere mea, ut quo sit animo patefaciat. Quoniam tamen interpretis munus, haud adeo ab hac mea mediocritate ingenii alienum, suscepi; hic mihi liceat maxime communia inter nos sensa paucis exponere. Certius enimvero meam ac Sociorum mentem, quam Procopii, hominis externi, totque abhinc saeculis mortui, explicabo. Quaecumque in Toga supremus apex tribunalium postulat, ea nos summa in Te miramur omnia, ILLUSTRISSE CANCELLARIE. Ex iudicio tuo existimationem pendere nostram putamus. In benevolentia, qua tueri nos et coonestare non desinis, conquiescimus. Nunquam pigebit honori tuo servire. A Te collata in universos benignitas ita singulos afficit, ut eam pro se quisque cum palam apud homines praedicet, tum privatim commemoret Superis, ac perdiuturnam precetur Tibi incolunitatem. Haec vere profitetur<sup>301</sup>

ILLUSTRISSE. AMPLITUDINI TUAE,

Tolosae vi. Kal. Octob.

AN. M. DC. LXI.

Deditissimus et obsequentissimus  
**CLAUDIUS MALTRETUS**  
 e Societate JESU.

---

## CL. MALTRETI PRAEFATIO.

---

### L E C T O R I.

**S**i consilium est, ERUDITE LECTOR, hos Libros non prius legere, quam Auctorem pernoveris qualis fuerit; hinc oculos et manum converte ad consequentem Tomum. Ibi Nicolaus Alemannus, vir doctrina praestans, suis in Historiam Arcanam Praefationibus te voti compotem faciet: simul etiam docebit, quot et quam graves temporis hominumque iniurias PROCOPII Caesariensis pertulerint. Quod autem vir idem clar. faciendum reliquit aliis de veteri illorum interpretatione iudicium; id sibi sumpserat Iosephus Scaliger, suorum sydus, cum haec ad Davidum Hoëschelium scriberet: *Recte iudicas dignum esse Procopium, qui edatur, et quia dignus, et quia male ab Interprete acceptus est. Qui et τὰ καίριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. Nam et finem Belli Gothici iusto pene volumine fraudavit.* Hoc ultimum censurae caput proprie convenit in Christophorum Personam Romanum: qui Tetradem secundam librorum de Bellis ita truncavit, ut triadem fecerit. Caeterae reprehensionis partes ei communes sunt cum Raphaele Volaterrano, Tetradis prioris Interprete. Quando Scaliger ea, quae modo retuli, ad amicum scribebat, Graeca Procopii monumenta nondum praelo in publicum emissa fuerant; praeterquam libri περὶ κτισμάτων: qui quam essent mutili, in loco dicam. Hos multo auctiores Hoëschelius cum

Historia Bellorum Graece edidit Augustae Vindelicorum, anno Christi 1607. Exinde in scriptoris huius Interpretes virorum eruditorum querela increbuit. Nam versione cum Graeco textu collata, incredibilem perversitatem videbant, dolebantque quod Historia nobilissima tam male in Italia fuisset habita, ubi olim ipsius pater nihil damni a Gotthis, quanvis hostibus, accepisset. Optabant vero ut ingenii praestantissimi soboles conditione quam fieri posset optima Latio donaretur. Instante Iosepho Scaligero, id tentavit Bonaventura Vulcanius: deinde incepto destitit, senio confectus. Negotium in se ultro receperat Daniel Heinsius, tum iuvenis, in quo diligentia, Scaligero teste, cum eruditione certabat. At illum alia studia sic averterunt, ut promissi munus haud comparuerit. Nec postea extitere libri quatuor de Bello Gotthico, ab Hugone Grotio, ut fama erat, in Latinum conversi: quos nunquam profecto vidi. Cum igitur provincia ab omnibus relicta vacua videretur, eam ego suscepi, iis auctoribus, quibus nihil negare poteram. Excepi tamen Anecdota: propterea quod illam partem Nicol. Alemannus iam feliciter occupaverat. Nunc tuum est, LECTOR, explorare, si vacat ac lubet, qua rem gesserim fide. In primis vide num actum egerim. Quod ut minori cum taedio faceres, consilium secutus sum eruditissimi P. Philippi Labbe, viri de me optime meriti. Nimirum libros partitus in capita, suum cuique argumentum paucis comprehensum praefixi; ut ibi, lectione fessus, tanquam ad viales lapides sedeas ac respires. Lacunas in hoc Tomo invenies omnino duas aut tres, easque tam breves, ut facillime et minimo quasi saltu transmitti queant. Tot vero tantasque habet editio Augustana, ut in unum collectae, dimidiam fere partem exaequent unius libri. Si placet iter hic complanatum, Lucae Holstenii τὸν μακροῦτον memoriam grato animo cole. Quae enim deerant, ea ille ex MS. Codice Vaticano supplevit pro suo in literas, quarum decus erat, amore maximo. Non pauca in Graeco textu correxi, partim propria coniectura, partim ope R. P. Petri Possini: cui debeo, quidquid discipulus Magistro optimo doctissimoque debere potest. Is Romae cum MS. Vaticano exemplar Augustanum, quo tanquam fundo novae editionis utebar, contulit, et quas notavit discrepantes lectiones,

humanissime communicavit. Ac ne iudicio tuo quidquam subtraherem, omnia fidelissime exposui in Tomo altero: quo Lectiones varias et utriusque textus emendationes reieci. Porro si me audies, priusquam caput aliquod legas, illic inspicias quae ad ipsum pertinent. Quo fiet ut te nec menda Typographica morentur, nec facile in errorem inducant nonnulla παραρράματα mea, a me tum solum animadversa, cum iam typis cusa relegerem. Relegi autem omnia quam accuratissime potui, et quidem animo Censorio: ita ut ubicunque peccasse me vidi, culpam, ut par est, mihi ipse nominatim assignem in emendationibus meis. Multo autem saepius peccassem, nisi domi consuluissem virum disciplinis excultissimum, P. Ioannem Fayonum. Si quid praeterea corrigendum videbitur, libenter a monitore quovis accipiam, et beneficium profitebor in Notis: quae, si Deus siverit, primam partem efficient tomi tertii \*). Altera pars constabit ex Opusculis Poeticis, quorum hic seriem proponam. Elegantem habeo templi S. Sophiae et ambonis ἔκφρασιν, quam Paulus Silentarius, aequalis Procopio, versibus scripsit hexametris, numero supra 1200. Haec ad Procopii libros de Aedificiis apta erit appendix cum Collectione epigrammatum veterum Christianorum, quae olim Constantinopoli, et in aliis Graeciae civitatibus, sacris aedibus inscripta legebantur. Id totum, ex MSS. Palatinis Bibliothecae Vaticanae depromptum, ad me misit Ill. Lucas Holstenius. Historiam Procopianam contingunt Corippi libri quatuor de laudibus Iustini minoris. Hos multo castigatiores possum edere, adiunctis Ruizii Assagrii et Dempsteri Annotationibus. Neque enim animus est quenquam fraudare honesti laboris fructu. Latino huic Poëtae, iam bis quidem edito, sed plane a Bibliopolis distracto, addere vellem Graecum, qui Corippum videre potuit; Georgium dico Pisidam, magnae Ecclesiae Constantinop. Diaconum. Eius libri, Holstenii beneficio, penes me sunt, adhuc inediti, de Laudibus Heraclii Imperatoris, duo: de Bello Persico eiusdem Heraclii, tres: de Bello Avarico ad muros urbis Constantinop. unus. Nec male Georgio Pisidae conveniet

---

[\*) Qui non prodiit.]

cum Theodosio itidem Diacono: cuius ἀκροάσεις quinque de  
capta a Romano Aug. Creta mihi describendas curavit Ill. Leo  
Allatius, Custos Bibliothecae Vaticanae, et in arce illa Reip.  
literariae meritissimo collocatus. Tu vero, LECTOR, interea  
Procopio fruire: ac si minus opera in eum collata, certe ani-  
mus placeat, quo et rem facere tibi gratam, et publicae utili-  
tati servire volui.

---

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι.





# ARGUMENTUM

P 1  
V 223

## LIBRORUM OCTO PROCOPII,

EX AGATHIAE SCHOLASTICI LIB. I. P. 7—10. ED. PARIS.

Τὰ πλείστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τῷ Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγράφονται, παρὶτόν ἐκεῖνα ἔμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημμένα· τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνον ὡς οἷόν τε διεξιτέον. προοίμια μὲν γὰρ αὐτῷ τῆς ἱστορίας Ἀρκάδιος ἀποβιούς ἐποιήθη, καὶ τῷ κείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ Ἰσδιγέρδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς κηδεμῶν B γεγενημένος, τὰ τε Οὐαραράνη καὶ Περόζη ξυννεχθέντα· καὶ ὡς Καβάδης βασιλεὺς καταστὰς ἀφῆρηται τὴν ἀρχὴν καὶ εἶτα τῆς αὐτῆς ἀνεκομίσαστο, ὅπως τε Ἀμιδα ἦλω πρὸς αὐτοῦ, Ἀναστασίου Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ ὅσους αὐθις μετ' ἐκεῖνον Ἰουστίνος ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ διεδέξατο πόνους. ἐξῆς C δὲ τοὺς Περσικοὺς πολέμους ὅποσοι δὴ πρὸς τε Καβάδην καὶ Χοσρόην ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὄρια

2. Alterum τῷ additum ex R (i. e. codice Rehdigerano Vratislaviensi). 6. Ἰσδιγέρδης R. Ἰσδηγέρδης P. 7. Οὐαραράνη Niebuhrius. οὐαραβάνη R. Οὐαράνη P.

Quoniam Procopius Rhetor Caesariensis partem maximam rerum aetate Justiniani gestarum accurate conscripsit, eas quidem praetermitti a me oportet, quippe satis iam explicatas: quae vero postea sunt consecutae, eas pro mea facultate tractare debeo. Historiam suam exorsus est ab Arcadii obitu, et commissam Theodosii eius filii tutela Isdegerdi Persarum regi. Tum narrat quae Vararani ac Perozi contigere, et quo pacto Rex Cabades abrogatum sibi imperium brevi recuperaverit: praeterea de Amida ab Anastasio Romanorum Imperatore fuerit capta: et quantum postea Iustinus senior elaboraverit in coeptis. Succedunt his bella Persarum, quae cum Cabade et Chosroe in Syria, Armenia et Lazicae finibus

Ἰουστινιανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολήμνηται, τούτους  
 δὲ ἅπαντας ἐκ τῶν Προκοπίου λόγων ἄριστα ἂν διαγνοίης, Γελί-  
 D μερά τε τὸν Βανδύλον, καὶ Καρχηδόνα τὴν πόλιν, καὶ τὴν ξύμ-  
 πασαν χώραν τῶν Ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τε καὶ Γεζερίχου καὶ  
 τῆς ἐν τῷ τότε ἀποστάσεως πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινια-  
 νῷ δουλωθεῖσαν, καὶ πάλιν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος γε-  
 γενημένην. μετὰ δὲ τὴν τῶν Βανδύλων κατάλυσιν, καὶ ὅσα οἱ  
 P 2 Μαυρούσιοι τὸ ἔθνος ἔδρασαν τε καὶ πεπόνθασι πολλαχοῦ τῆς  
 Λιβύης κατὰ Ῥωμαίων παραταττόμενοι· ἐτι τε Στότζας καὶ  
 Γόνθαρις Ῥωμαίων μὲν ἤστην, τυράννω δὲ καταστάντε μεγί-  
 στων συμφορῶν τε καὶ στάσεων αἰτιωτάτω τῇ Λιβύῃ γέγονατον,  
 καὶ ὡς οὐ πρότερον ἐλώφησε τὰ δεινὰ, πρὶν ἐκείνω τῷ ἀνδρὶ δια-  
 φθαρῆναι. ἀλλὰ καὶ τάδε ἀμέλει ἅπαντα εὔροις γε ἂν ἐν ἐκει-  
 B νοις, ὅπως τε ἡ στάσις ἢ ἐμφύλιος ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τοῦ βασι-  
 λέως ἀρθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα κακοῦ ἀφιγμένη τὰ κοινὰ ἐδηλόγησατο,  
 τὰς τε τῶν Οὐννων ἐπιδρομὰς, ὡς δὴ ἐν τῷ τότε τὸν Ἴστρον πο-  
 ταμὸν περαιοθέντες μέγιστα οἶα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐλυμήναν-  
 το, Ἰλλυριοὺς τε καὶ Θετταλοὺς καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Εὐρώπης  
 ληϊσόμενοι, μέρος δὲ τι καὶ τῆς Ἀσίας, τὸν Ἑλλήσποντον διαβάν-  
 τες. Σουρῶν δὲ ἡ πόλις ἢ ἐν Συρίᾳ καὶ Βέρροια καὶ Ἀντιόχεια ἢ  
 C πρὸς Ὀρόντη ποταμῷ ὅπως οἰκτρότατα ὑπὸ Χοσρόου πεπύρθη-  
 ται, τὴν τε Ἐδέσσης πολιορκίαν, καὶ ὅπως ἐνθένδε ἀποκρουσθεῖς

2. Γελίμερα Niebuhrius. Γελίμερ P. 8. τῆς] τε R. 9. λι-  
 βύης R. λιβύας P. 11. τῇ λιβύῃ] τῆς λιβύης R. 16. ὡς R  
 corr. pro ὅς. οἱ P. 18. Ἰλλυριοῦς] Ἰλλυρίους P. 19. τὸν]  
 τὴν R. 20. σουρῶν R. σουρῶν P.

Justinianus Augustus gessit. Haec omnia e Procopii libris plane cognosces:  
 item Gelimerem Vandalum, et urbem Carthaginem, adeoque Africam uni-  
 versam longo intervallo post Bonifacii ac Gezerici tempora ortamque tum  
 defectionem in potestatem venisse Justiniani, atque ita redditam Imperio  
 Romano suam hanc partem. Post Vandalorum excidium, habes quaecum-  
 que Mauri, multis in locis Africae cum Romanis congressi, et fecere et  
 passi sunt: deinde Stotzae et Gontharidis, qui partes Romanorum seque-  
 bantur, tyrannidem, et hinc natas calamitates ac seditiones maximas Afri-  
 cae, nec nisi utriusque viri caede ac sanguine extinctas. Haec ibidem re-  
 peries: quemadmodum seditio civilis contra Caesarem excitata Byzantii  
 evaserit in magnam perniciem, remque publicam labefactarit. Adde incur-  
 siones Hunnorum: qui Istro tunc transito, Illyricum, Thessaliam, et ple-  
 rasque Europae provincias; traiecto demum Hellesponto, partem aliquam  
 Asiae populati, Imperium Romanum damnis gravissimis affecerunt. Illuc  
 etiam, ut in Syria a Chosroe urbs Sura, Berrhoea, et sita ad Orontem  
 fluvium Antiochia miserrime direptae fuerint: ut idem cincta obsidionibus

ἔπειτα ἀπιὼν ὤχετο. πάρεστι καὶ ταῦτα ἐν τοῖσδε Θείμασθαι, τὰς τε τῶν Αἰθιοπίων καὶ Ὀμηριτῶν παρατάξεις καὶ ὅτου δὴ χάριν ἄμφω ἐκείνω τῷ φύλῳ ἐς τίδε δυσμενείας ἤλθ' ἔτην. εἴρηται δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ τοῦ μεγίστου λοιμοῦ πέρι, ὅπως τε τὴν 5 ἀρχὴν κατ' ἐκείνο τοῦ καιροῦ ἐς τὸ ἀνθρώπειον γένος εἰσήρρησε, D καὶ ὅποια ἄττα παράλογα ἐν αὐτῷ ξυνηρέθη. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅποια ὑστερον τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἀνὰ τὰ Λαζῶν πολιέματα καὶ Πέτρας τὸ φρούριον, πρὸς τε Χοριάνην καὶ Μερμερόην καὶ τὰ Περσικὰ ἐξείργασται πλήθη, καὶ ταῦτα ἐκεῖθεν ἀναλεκτέον. μεταβάντι δὲ οἱ ἐπὶ τῆς ἐσπέρας, ὅπως τε Θευδέριχος ὁ τῶν Γότθων βασιλεὺς ἀπεβίω καὶ Ἀμαλασοῦνθα ἡ τοῦδε παῖς ἰπὸ Θευδάτου ἀνήρηται, καὶ ἅπαντα ὧν δὴ ἔνεκα ὁ Γοτθικὸς πόλεμος P 3 ἀνεγράφη, οὐδὲ ταῦτα ἐκείνω παρεῖται· οὐμενοῦν ἀλλ' οὐδὲ ὅπως Οὐίτιγισ ὁ μετὰ Θεύδατον τοῦ Γοτθικοῦ γένους κρατήσας ὑπὸ V 224 5 Βελισαρίου τοῦ στρατηγοῦ μετὰ γε πλείστους ὅσους ἀγῶνας δορναλώτος εἰς τὸ Βυζάντιον ἤχται· οὐδέ γε ὅπως Σικελία τε καὶ Ῥώμη καὶ Ἰταλία τοὺς ἐπὶ ἡλύδας ἀποβαλοῦσα βαρβάρους πάλιν B ἤθεισι πατρίοις μετεκοσμεῖτο. λάβοι δὲ ἂν τις ἐνθένδε καὶ ὅτι Ναρσῆς ὁ τομίας ἐς Ἰταλίαν ἐστάλη, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦ βυσιλέως γεγεννημένος, τοὺς τε κλεινοὺς ἐκείνους πολέ-

3. φύλῳ R. φίλῳ P. 6. ἄττα R. ἄωτα P. *ibid.* γὰρ καὶ ] καὶ om. R. 11. Θευδάτου R. Θεοδάτου P. 13. ἀλλ' οὐδὲ R. οὐδ' P, omisso ἀλλ'. 14. Οὐίτιγισ Niebuhrus. Οὐίτιγισ P. *ibid.* Θεύδατον R. Θεοδάτον P. 15. γε R. τε P. *ibid.* ὅσους om. R. 16. ἤχται R. ἴχται vulgo apud Agathiam: nam in P verba εἰς τὸ Βυζάντιον ἴχται exciderunt. 19. τομίας ] ταμίας R. 20. τοὺς τε R. τοὺς δὲ P.

Edessa pulsus abierit. Insuper videre est Aethiopum et Homeritarum inter se pugnas, et causam cur hostili odio mutaverint amicitiam. De pestilentia teterrima Author ille non pauca dixit: in primis quomodo tunc temporis humanum ea genus invaserit, quamque inauditos habuerit et a communi intelligentia remotos casus. Legenda quoque apud eundem quaecumque exercitus Romanus ad oppida Lazicae et Petrae castellum adversus Chorianem et Mermeroem copiasque Persarum patravit. In Occidentem transgressus, mortem Theoderici Gotthorum Regis, filiaeque eius Amalasanthae necem a Theodato illatam, et omnia, ex quibus bellum erupit Gotthicum, non indiligenter exponit. His adiicit, quo pacto Vitigis, qui Theodato mortuo Gotthis imperavit, post multa certamina a Belisario Duce captus fuerit et Byzantium deportatus: tum qua ratione Sicilia, Roma, adeoque Italia, exactis Barbaris advenis, ad mores et instituta patria se receperint. Inde quoque discere licet Narsetis spadonis profectionem, eique datum a Caesare imperium in Italiam, et praelia illa inclyta, quae cum To-

μους, οἱ δὴ αὐτῶ πρὸς *Τωτίλαν* ἄριστα διαπεπόνηται· ὅτι τε  
 C αὐθις μετ' ἐκείνον *Τείας* ὁ *Φρεδιγέρονος* τὴν *Γοτθικὴν* ἡγεμονίαν  
 διαδεξάμενος οὐκ ἐς μακρὰν καὶ αὐτὸς ἀνηρέθη. ταῦτα δὲ πάν-  
 τα ἐς ἕκτον τε καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς *Ἰουστινιανοῦ* βασιλείας γε-  
 γένηται, καὶ *Προκοπίω* μὲν τῷ ῥήτορι ἐν τοῖσδε, οἶμαι, αὐτῷ  
 τὰ τῆς *ξυγγραφῆς* διήνυσται καὶ *ξυνετελέσθη*· ἐγὼ δὲ .....  
 καὶ τὰ ἑξῆς.

1. *Τωτίλαν*] *τώτιλλαν* R.

tilla fortissime conseruit: denique quonam modo Fredigerni filius Teias,  
 qui proxime successit in regnum Gothicum, et ipse brevi interierit. Haec  
 omnia ad annum usque vigesimum sextum principatus Iustiniani sunt ge-  
 sta: ibique, opinor, Procopius Rhetor Historiae suae finem imposuit.  
 Ego vero ..... etc.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ H 1  
P 5  
V 225  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Α' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Α'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Α'.] ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ  
ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Α' Ρ. Mutatum ex A.

PROCOPII CAESARIENSIS  
HISTORIARUM TETRADIS I.  
LIBER I.

ARGUMENTUM.  
EX EDITIONE MALTRETI.

*Aperit auctor propositum suum. Utilitatem, fidem ac dignitatem ostendit huius historiae. Contra antiquitatis laudatores praeposteros, aetatis suae sagittarios egregie defendit. (Cap. 1.) Moriens Arcadius Aug. tutelam Theodosii filii sui mandat Isdigerdi, Persarum regi. Huius fides optima. Theodosii legatus Anatolius et Vararanes Persarum rex illustre inter se edunt urbanitatis exemplum. Pax componitur. (2.) Perozes rex Persarum bello petit Ephthalitas, sive Hunnos albos. Barbarorum istorum mores, inprimis mira lex amicitiae. Tenetur Perozes insidiis. Periculi ignarus monetur parabola. Ut evadat, perpetuam Ephthalitis pacem spondet, iuratque per salem patrio ipsorum more. Eorum regem adorare iussus facti ignominiam astu elevat. (3.) Altera Perozis expeditio in Ephthalitas. Horum apparatus et stratagemata. Salem, per quem Perozes iuraverat, e cuspide vexilli regii suspensum praeferunt. Persarum insignis clades. Per digressionem narratur piscatio unionis pretiosissimi, quem Perozes gestabat. Ex ea clade lex nata militaris. Extincto cum triginta filiis Perozi succedit Cabades natu minimus. (4.) Cabadis lex de promiscuo foeminarum usu irritat subditos. Blasi Perozis fratri regnum deseritur, quippe haereditarium. In comitiis abhorrent omnes a crudeli Gusanastadis sententia in Cabadem, quem malunt includere in castellum Oblivionis. Huius origo nominis ex lege, contra quam venit nemo unquam nisi Pacurius. Hinc auctor digreditur ad memorabilem historiam et tragicum exitum Arsacis regis Armeniae. (5.) Cabades elabitur uxoris ope et Sco-*

sis. *Regnum recipit. Magistratus apud Persas haereditarii. More scinorosorum excaccatur Blases. Interfecto Gusanastadi sufficit Cabades Adergudunbadem, et Chanarangem creat. Seosem nova dignitate Adradadaransalanis ornat. (6.) Roganti mutuam argentum Cabadi negat Anastasius Aug. Hinc bellum. Obsidetur a Persis Amida. S. Iacobi Eremitae miraculum. Felix omen capiunt Magi ex impudentia meretricum Anidenarum. Credita turris custodia Monachis. Eorum somnolentia urbem perdidit. Appositum sacerdotis responsum exarmat Cabadem. Captivi cives postea dimissi. In eos benignitas Anastasii. (7.) Romani exercitus duces. Appion Praefectus castrensis aerarii. Dissidium ducum. Occurrit Cabades. Fuga Areobindi magistri militum per Orientem. Patricius atque Hypatius cladem accipiunt. Celer excurrit in Arzanenen. (8.) Romani Amidam obsident. Glones Persarum dux in insidias a rustico deductus interit. Persae parcunt aedificiis. Eorum in ferenda fame constantia. Amida pretio recipitur. Induciae annorum 7. (9.) Portarum Caspiarum descriptio. Ibi conditum ab Alexandro Magno castellum recusat emere Anastasius ab Ambazuce: quo mortuo, illud Cabades occupavit. Anastasius ex vico Dara Anastasiopolin facit, ac moenibus cingit Theodosiopolin. (10.) Anastasio succedit Iustinus. Cabades Persarum rex de successore cogitat. Caoses, Zames, Chosroes tres eius filii. Lex Persica mutilos a regni successione excludit. Cabades Chosroem adoptandum Iustino offert. Procli Quaestoris gravis oratio. Decernitur Chosrois adoptio per arma. Legati conveniunt. Solvitur eorum coetus infecta re. Origo odii Chosrois in Romanos. Seosis exitus funestissimus. Lex Persarum de non humanis mortuis. Rufinus Hypatio periculum creat. (11.) Situs Iberiae. Eius incolae Christiani optimi, iussi a Cabade non sepelire mortuos, ad Iustinum deficiunt, cum rege suo Gurgene. Probus Bosphorum mittitur ad contrahenda auxilia. Varizes dignitatis nomen apud Persas. Res Lazicae et Persarmeniacae. Belisarius et Sittas adolescentes Iustiniani satellites. Belisarius a Iustino numeris Darenis praepositus consiliarium habet Procopium. (12.) Iustinianus Iustini successor Belisario mandat ut castellum extruat Mindone. Opponunt se Persae et Romanos clade afficiunt. Belisarius magister militum per Orientem cum Hermogene magistro officiorum Romanos ad insigne praelium praeparat. Campi et aciei Rom. dispositio. Mirrhanes nomen Persicae dignitatis, qua insignis Perozes dux summus Persarum. Velitatio. Singularia certamina sane egregia. (13.) Belisarii et Mirrhanis mutuae literae. Utriusque conciones. Aciei Persicae dispositio. Cur meridie pugnam Persae inierint. Praelium memorabile. Ingens Persarum clades. (14.) Exercitus in Armeniam a Cabade missus. Sittas magister militum per Armeniam: Dorotheus Armeniae dux. Victi bis Persae. Tzanorum sedes patriae et mores. Christianam religionem amplectuntur. Pharangium et Bolum Romani Persis eripiunt. Narses et Aratius ad Romanos transfugiunt. (15.) Rufini de pace legati ad Cabadem oratio. Respondet Cabades. Rufinus Byzantium redit. Iustinianus absolvit annum imperii quartum sub initium veris. (16.) Irruptio Persarum in Euphratesiam, olim dictam Commagenem. Origo nominis utriusque. Euphratis ac Tigridis fontes et cursus. Fanum Dianae Tauricae. Ex eo Iphigeniae fuga cum Oreste: huius morbus. Duplex ab ipso condita Comana. Unde sic dicta utraque. Dianae et Iphigeniae templa Christiani habent. Euphratis ab Acilisene in Assyriam cursus. Osroene. Mirrhanes a Cabade qua ignominia notatus. Oratio Alamundari ad Cabadem. Qualis vir Alamundarus. Qui duces: qui phylarchi. (17.) Exercitus Persici dux Azarethas; vias, Alamundarus. In Euphratesiam properat cum copiis Belisarius. Abeunte hoste sapienter cunctatur. Paschale festum quam sanctum. Belisarius a temerario praefecti suos dehortatur. Eorum contumaciae cedit Azarethae concio. Praelium.*

*Romanorum clades. Belisarii virtus. Persarum mos in recognoscendo exercitu coram rege. Azarethas a Cabade male acceptus. (18.) Statuit Iustinianus inire societatem cum Aethiopibus et Homeritis. Descriptio sinus Arabici. Urbs Aila. Insula Iotabe Palmetum. Maaddeni. Homeritac. Aethiopes Auxomitae. Bulicas. Urbs Adulis. Aethiopum naves cuiusmodi. Quantum viae ab Auxomide ad imperii Romani limitem in Aegypto. Elephantine. Blemyes et Nobatae. Diocletiani circa illos consilium. Philae. Barbara Blemyum sacra. Philarum templa diruta Iustiniani iussu. (19.) Helligtheaeus Aethiopiae rex Christianus. Iudaeos Homeritas vincit, illisque regem imponit Esimiphaeum Christianum: cui postea expulso sufficitur Abramus e servo rex. Inanes contra hunc Helligtheaei conatus. Iulianus Iustiniani legatus ad Aethiopes et Homeritas. Commertium Serici, ex quo fit vestis, Medica olim, nunc Serica dicta. Nullus legationis fructus. (20.) Ex Oriente revocatur Belisarius ad expeditionem Fandalicam. Siltas illi succedit. Persae Martyropolin obsident. Exploratore Persa corrupto utitur Iustinianus. Cabadis Persarum regis testamentum et obitus. Praeterito Caose natu maximo, Chosroes rex declaratur, opera Mebodis. Obsidione Martyropolis liberatur. (21.) Legati Romani ad Chosroem. Pacis conditiones. Quid centenarium. Turbatur pacificatio. Rufini apud Chosroem gratia. Pax demum componitur. (22.) Ingenium Chosrois. Facta in eum coniuratio funesta suis auctoribus. Mira Cabadis pueri fortuna. Adergudunbadis infelix benignitas. Mebodis indigna mors. Quanta calamitas sedentium iussu regis in tripode ferreo. (23.) Seditio Byzantina. Insania factionum Circi. Seditiois initium. Triste incendium. Seditiosorum tessera vixta, quae vox in nomen transiit seditionis illius. Ioannes Cappadox Praefectus Praet. et Tribunianus Quaestor, qui viri. Iis suffecti Phocas et Basilides. Hypatius per vim a populo fit imperator. Origenis senatoris oratio. Ducitur in Circum Hypatius. Fugam dissuadet Theodora Aug. generosissima oratione. Belisarius et Mundus ad Circum armati vadunt. Caeduntur civium xxx. m. Hypatius et Pompeius confossi proiciuntur in mare. (24.) Quaesturam recipit Tribunianus; Praefecturam Ioannes Cappadox, qui decimo magistratus anno poenas improbitatis dedit. Ad annum illum auctor transiit, et insidias narrat ab Antonina Ioanni structas post reditum Belisarii e bello Gotthico. Erutus Ioannes Praefectura fit sacerdos invile et Petri nomen induit. Ascribitur illi caedes Eusebii Episcopi. Summa eius calamitas. (25.) Redit Procopius ad tempus compressae seditionis. Belisarius iterum magister militum per Orientem, missus in Africam debellat Vandalos. Legatio Persarum in speciem gratulatoria. Darae Ioannes tyrannus e medio tollitur. (26.)*

α'. **Π**ροκόπιος Καισαρεύς τοὺς πολέμους ξυνέγραψεν, οὓς  
 Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πρὸς βαρβάρους διήνεγκε τοὺς  
 τε ἐφύους καὶ ἐσπερίους, ὡς πη αὐτῶν ἐκάστῳ ξυνηχθή γενέ-  
 P 6 σθαι, ὡς μὴ ἔργα ὑπερμεγέθη ὁ μέγας αἰὼν λόγον ἔρημα χειρω-  
 σάμενος τῇ τε λήθῃ αὐτὰ καταπρόηται καὶ παντάπασιν ἐξίτηλα 5  
 θῆται, ὧνπερ τὴν μνήμην αὐτὸς ἔπειτα μέγα τι ἔσεισθαι καὶ ξυνοῖ-  
 σον ἐς τὰ μάλιστα τοῖς τε νῦν οὔσι καὶ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα γενησο-  
 μένοις, εἴ ποτε καὶ αὔθις ὁ χρόνος ἐς ὁμοίαν τινὰ τοὺς ἀνθρώ-  
 πους ἀνάγκην διωθοῖτο. τοῖς τε γὰρ πολεμησειουσι καὶ ἄλλως  
 ἀγωνιουμένοις ὕνησίν τινα ἐκπορίζεσθαι οἷα τέ ἐστιν ἢ τῆς ἐμφε- 10  
 ροῦς ἱστορίας ἐπίδειξις, ἀποκαλύπτουσα μὲν ὅπη ποτὲ τοῖς προ-  
 γεγενημένοις τὰ τῆς ὁμοίας ἀγωνίας ἐχώρησεν, αἰνισσομένη δὲ  
 ὁποῖαν τινὰ τελευτήν τοῖς γε ὡς ἄριστα βουλευομένοις τὰ παρόν-  
 B τα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔξει. καὶ οἱ αὐτῷ ξυνηπίστατο πάντων μάλι-  
 V 226 στα δυνατὸς ὧν τάδε ξυγγράψαι κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ αὐ- 15  
 τῷ ξυμβούλῳ ἤρημένῳ Βελισαρίῳ τῷ στρατηγῷ σχεδὸν τι ἅπα-  
 σι παραγενέσθαι τοῖς πεπραγμένοις ξυνέπεσε. πρέπειν τε ἡγεῖτο  
 ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιίαν, ξυγγραφῇ δὲ  
 ἀλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδέ του τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδείων τὰ  
 μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνενεχθέντα ἕκαστα 20

3. ἐκάστῳ] ἐκάστοις A. 4. ὁ addidi ex A. 6. τὴν μνήμην] τῇ  
 μνήμῃ P. τὴν φήμην (γρ. μνήμην) A. 7. ἐς τὸ A. εἰς τὸ P.  
 9. διωθοῖτο L. διωθεῖτο Lm. διάθοιτο P. 11. ὅπη] ὅποι A.  
 13. βουλευομένοις] βουλομένοις A. 15. ξυγγράψαι] ξυνη γρά-  
 ψαι A. 18. Alterum δὲ add. A. 19. του τῶν] τούτων H. που  
 τῶν A. τῶν P.

1. **P**rocopius Caesariensis bella, quae cum Orientalibus et ad Occasum  
 positis Barbaris gesta sunt a Iustiniano Romanorum Imperatore, singula-  
 tim, ut se res habuerunt, conscripsit: ne postquam facta ingentia longin-  
 quum aevum occupaverit nuda praesidio literarum, ea tradat oblivioni, ac  
 plane debeat. Quorum ille memoriam magni fore momenti duxit, et summe  
 tum aetati huic profuturam, tum posteritati; si quid unquam agendum erit  
 iam actis simile. Nam et ii, quos capit libido belli, et in primis qui prae-  
 lia meditantur, historia eius generis ante oculos posita iuvari possunt;  
 quae dum exitus demonstrat, qui superioribus contigerunt in pari discrimine,  
 simul rerum instantium probabiles eventus indicat optime considerantibus.  
 Illud vero sciebat Author, condendae huic Historiae idoneum se esse maxime omnium;  
 ob aliud certe nihil, nisi quia, cum a consiliis fuerit Belisario Duci, quidquid fere gestum est vidit. Hoc etiam persua-  
 sum habuit, arti Oratoriae convenire eloquentiam; Poeticae fabularum  
 figmenta; Historiae veritatem. Quare ne amicissimorum quidem peccata



ἀκριβολογησάμενος ἀνεγράψατο, εἴτε εὖ εἴτε πη ἄλλη αὐτοῖς εἰργάσθαι ξυνέβη.

Κρείσσον δὲ οὐδὲν ἢ ἰσχυρότερον τῶν ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις τετυχηκότων τῶ γε ὡς ἀληθῶς τεκμηριοῦσθαι βουλομένῳ 5 φανήσεται. πέπρακται γὰρ ἐν τούτοις μάλιστα πάντων ὧν ἀκοῆ ἴσμεν θανασιὰ οἷα, ἣν μὴ τις τῶν τῆδε ἀναλεγόμενων τῶ πα- C λαιῷ χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα διδοίη καὶ τὰ καθ' αὐτὸν οἶκ ἀξιολή θανασιὰ οἶεσθαι, ὡσπερ οὖν ἀμέλει τοὺς μὲν νῦν στρατευο- μένους ἔνιοι καλοῦσι τοξότας, ἀγχεμάχους δὲ καὶ ἀσπιδιώτας καὶ 10 τοιαῦτα ἄττα ὀνόματα τοῖς παλαιοτάτοις ἐθέλουσι νέμειν, ταύτην τε τὴν ἀρετὴν ἐς τοῦτον ἐληλυθῆναι τὸν χρόνον ἤκιστα οἴονται, ἀταλαίπωρόν γε καὶ τῆς πείρας ἀπωτάτω τὴν περὶ αὐτῶν ποιοῦμενοι δόξαν. οὐ γὰρ τις πώποτε αὐτοῖς ἔννοια γέγονεν ὅτι δὴ τοῖς μὲν παρ' Ὀμήρῳ τοξέουσιν, οἷσπερ καὶ ὑβρίζεσθαι ἀπὸ 15 τῆς τέχνης ὀνομαζομένοις ξυνέβαιεν, οὐχ ἵππος ὑπῆν, οὐ δόρυ, οὐκ ἀσπίς ἤμυνεν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τοῦ σώματος φυλακτῆριον ἦν, D ἀλλὰ πεζοὶ μὲν ἐς μάχην ἦσαν, ἀποκεκρῦφθαι δὲ αὐτοῖς ἦν ἀναγκαῖον, ἐταίρου του ἐκλεγόμενοις ἀσπίδα, ἢ στήλη ἐπὶ τύμβῳ τινὶ κεκλιμένοις, ἔνθα οὔτε τρεπόμενοι διασώζεσθαι οὔτε φεύ-

1. ἀκριβολογησάμενος A. ἀκριβολογούμενος P. *ibid.* „ἀνεγράψατο Reg.“ MALT. ξυνεγράψατο P. *ibid.* εἰργάσθαι] εἰργάσασθαι A. 5. φανήσεται] φανήσεσθαι A, φανήσεται a m. rec. 7. καθ' αὐτὸν A. κατ' αὐτὸν P. 15. ὀνομαζομένοις] ὀνομαζομένης A, οἰς a corr. 17. ἀλλὰ —] Cum his et sequentibus Maltretus comparat Iliad. ε, 192. θ, 267. λ, 371. δ, 123. λ, 390. 18. „ἐταίρου Reg.“ MALT. ἐτέρου P. *ibid.* στήλη] στήλην A. 19. οὔτε — οὔτε] οὐδέ — οὐδέ P.

textit; sed cuiusque actus, pravos iuxta atque honestos, quam potuit accuratissime literis prodidit.

Quod attinet ad facinora armis edita in hisce bellis, quicumque illa volet exigere ad veritatem, nihil usquam praestantius, nihil fortius reperiet. Ea sane patrata sunt, quibus omnia, quae fama accepimus, admirabilitate concedant. Nisi forte eorum, qui haec legunt, malit quis honorarium deferre antiquitati, nec res aetate sua gestas dignetur ulla admiratione. Enimvero non desunt, qui huius aevi bellatores per contemptum *Sagittarios* vocitent: priscis autem grandia quaedam attribuant *Pugnantium cominus, Scutatorum*, aliaque id genus nomina; sic, ut bellicam illam intercidiisse vim, neque ad nos pervenisse censeant, rudes omnino et inexperti eiusmodi rerum aestimatores. Profecto nunquam adverterunt sagittariis Homericis, quibus artis suae nomen opprobrio vertebatur, non equum, non hastam, non scutum, nullum denique corporis munimentum fuisse; at in certamen venisse pedibus, et necesse habuisse delitescere optando sibi praesidium post clypeum commilitonum, vel ad cippum adnitendo supra sepulchrum: ubi nec fuga evadere, nec

γονοσι τοῖς πολεμίοις ἐπιτίθεσθαι οἷοί τε ἦσαν, οὐ μὴν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ ἑμφανοῦς διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τι κλέπτειν ἐδόκουν αἰετῶν ἐν τῇ ἑμβολῇ γινομένων. ἄνευ δὲ τούτων οὕτως ἀταλαιπώρως  
 Η 2 ἐχρῶντο τῇ τέχνῃ, ὥστε πελάσαντες τῷ σφετέρῳ μαζῶ τὴν νευ-  
 ρὰν εἶτα τὸ βέλος ἠφίεσαν κωφόν τε καὶ οὐτιδανὸν εἰκότως τοῖς 5  
 δεχομένοις ἐσόμενον. τοιαύτη μὲν τις οὔσα ἢ τοξεία φαίνεται  
 πρότερον.

Ρ 7 Οἱ δὲ γε τανῶν τοξόται ἴασι μὲν ἐς μάχην τεθωρακισμένοι  
 τε καὶ κνημίδας ἐναρμιοσάμενοι μέχρι ἐς γόνυ. ἤρηται δὲ αὐτοῖς  
 ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς τὰ βέλη, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τὸ ξί-10  
 φρος. εἰσὶ δὲ οἷς καὶ δόρυ προσαποκρέμαται καὶ βραχεῖά τις ἐπὶ  
 τῶν ὤμων ἀσπίς ὀχάνου χωρὶς, οἷα τὰ τε ὀμφὶ τὸ πρόσωπον  
 καὶ τὸν ἀγκῆνα ἐπικαλύπτειν. ἱππεύονται δὲ ὡς ἄριστα καὶ θέον-  
 τος αὐτοῖς ὡς τάχιστα τοῦ ἵππου τὰ τόξα τε οὐ χαλεπῶς ἐντεί-  
 νειν οἷοί τε εἰσιν ἐφ' ἐκάτερα καὶ διώκοντάς τε βάλλειν τοὺς πο-15  
 λεμίους καὶ φεύγοντας. ἔλκεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ μέτωπον ἢ  
 Β νευρὰ, παρ' αὐτὸ μάλιστα τῶν ὄτων τὸ δεξιὸν, τοσαύτης ἀλκῆς  
 ἐμπιπλώσα τὸ βέλος, ὥστε τὸν αἰετὸν παραπίπτοντα κτείνειν, οὔτε  
 ἀσπίδος ἴσως οὔτε θώρακος ἀποκρούεσθαι τι δυναμένου τῆς ῥύ-  
 μης. εἰσὶ δὲ οἱ τούτων ἤμιστοι ἐνθυμούμενοι σέβονται μὲν καὶ 20  
 τεθῆπασιν τὸν παλαιὸν χρόνον, οὐδὲν δὲ ταῖς ἐπιτεχνήσεσι δι-

2. ἀλλὰ τι] ἀλλὰ τὸ Α. 5. ἠφίεσαν] ἀφίεσαν Α. 8. ἴασι]  
 ἴασιν Α. 9. μέχρι Α. μέχρως Ρ. 12. οἷα] οἷα Ρ. 13. τὸν  
 om. Α. 18. ἐμπιπλώσα Α. ἐμπιπλώσα Ρ. *ibid.* οὔτε — οὔτε]  
 οὐδὲ — οὐδὲ Ρ.

vertentibus terga hostibus instare poterant. Non illi ex aperto pugnare; sed eorum, quae in praelio fierent, aliquid furtim sublegere semper videbantur. Praeterea in usu artis suae adeo inertes erant, ut admoto ad mammam nervo sagittam impellerent languidam, et merito ab iis ipsis, quos attingebat, deridendam ut futilem. Ita quidem veteres artem sagittariam exercebant.

Hodie vero qui arcu militant, ad pugnam procedunt loricati, et ocreis ad genu usque pertinentibus muniti. Aptas e latere dextro sagittas habent, e sinistro gladium: hastile etiam appensum nonnulli gestant, et scutulum nulla instructum ansa, ad humeros habile, quo vultum et collum tegant. Commodè equitant, et quam celerrime currente equo sagittas expedite missitant utroque versum, hostemque insequentem aequè feriunt ac fugientem. Caeterum elato ad frontem arcu, nervum retorqueunt ad aurem pene usque dexteram: isque vim tantam incutit sagittae, ut haec obvio cuique certum exitium afferat; nihil utique ad repellendum impetum conferentibus nec clypeo nec lorica. Sunt tamen qui his minime perpensis antiquitatem unam venerentur ac stupeant, neque in

δύσασι πλέον. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν κωλύσει μὴ οὐχὶ μέγιστα τε καὶ ἀξιολογώτατα ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις ξυμβῆναι. λελέξεται δὲ πρῶτον ἀρξάμενοις μικρὸν ἄνωθεν ὅσα Ῥωμαίοις ξυνηρέχθη καὶ Μήδοις, πολέμοισι παθεῖν τε καὶ δρᾶσαι.

5 β'. Ἦνίκα τὸν βίον Ἀρκάδιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐν Βυ- C  
ζαντίῳ τελευτᾶν ἤμελλεν (ἦν γὰρ οἱ παῖς Θεοδοσίος οὐπω τοῦ  
τιτθοῦ ἀπαλλαγείς), διηπορεῖτο ἀμφὶ τε τῷ παιδί καὶ τῇ βασι- V 227  
λείᾳ, εὖ θεσφαι ἄμφω ὡς ἤκιστα ἔχων. ἐγένετο γὰρ τις αὐτῷ  
ἐννοια, ὡς, ἦν μὲν κοινωὸν τινα Θεοδοσίῳ τῆς ἡγεμονίας πορί-  
10 ζηται, αὐτὸς ἂν τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ διαχωρησάμενος τῷ ἔργῳ  
εἴη, πολέμιον αὐτῷ δύναμιν τὴν βασιλείῳ περιβεβλημένον ἐπα-  
γαγῶν, ἦν δὲ μόνον αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστήσεται, πολλοὶ D  
μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσουσι, τῆς τοῦ παιδὸς ἐρημίας,  
ὡς τὸ εἶκος, ἀπολαύοντες, ἐπαναστάντες δὲ πόνῳ οὐδενὶ τυραν-  
15 νήσουσι, τὸν Θεοδοσίον διαφθείραντες, ἐπεὶ οὐδένα ἐν Βυζαν-  
τίῳ ξυγγενῆ εἶχεν, ὅς γ' ἂν αὐτῷ ἐπίτροπος εἴη. Ὀνώριον γὰρ  
οἱ τὸν θεῖον ἐπαρκέσειν οὐδαμῆ ἤλπισε, πονηρῶν ἤδη τῶν Ἰτα-  
λίας πραγμάτων ὄντων. οὐδὲν δὲ ᾔσπον καὶ τὰ ἐκ Μήδων αὐτὸν  
ξυνετάρασσε, δεδιότα μὴ οἱ βάρβαροι οὗτοι τῆς τοῦ αὐτοκράτο- P 8  
20 ρος καταθέοντες ἡλικίας ἀνήκιστα ἔργα Ῥωμαίους δρᾶσωσιν. ἐς  
ταύτην Ἀρκάδιος τὴν ἀμηχανίαν ἐμπεπτωκῶς, καίπερ οὐ γεγωνῶς

10. αὐτοῦ] αὐτοῦ P.  
10. αὐτοῦ] αὐτοῦ P.  
10. αὐτοῦ] αὐτοῦ P.

18. μῆδων A. μῆδον P.

20. ῥω-  
μαίους A. ῥωμαίοις P.

pretio maiori habeant novas accessiones industriae. Nihilominus hoc manebit, res in his bellis amplissimas et cum primis memorabiles effectas fuisse. Nunc priorem locum dabimus bello, quod Romanos inter ac Medos fuit, variamque eius fortunam, offensiones et victorias prosequemur, ubi rem paulo alius repetierimus.

2. Byzantii cum Arcadius Augustus in extremis ageret, Theodosii filii sui nondum amoti ab ubere et Imperii vicem sollicitus, quid testamento decerneret, quo bene cautum utriusque esset, nesciebat. Etenim veniebat in mentem vereri, ne si Theodosio principatus consortem daret, filio ipse suo conflaret exitium, hostem illi inducendo suprema potestate septum: sin eum solum scriberet Imperatorem, multi (quod proclive videbatur) capta opportunitate solitudinis pueri affectarent regnum, et oppresso rebellionem Theodosio tyrannidem nullo negotio occuparent; maxime cum Byzantii nemo adesset propinquorum, in cuius tutelam tradi posset. Neque enim spes erat laturum ipsi opem Honorium patrum, difficillimis Italiae rebus impeditum. Nec minus illum conturbabat impendens a Medis timor; cum metueret ne suis hi Barbari incursionibus, dum per teneram Imperatoris aetatem liceret impune, Romanos attererent. Has in angustias adductus Arcadius, vir caetera haud adeo sa-

ἐς τἄλλα ἀγγέλους, βουλευέται βουλὴν, ἣτις οἱ τὸν τε παῖδα καὶ τὴν ἀρχὴν διασώσασθαι εὐπετῶς ἴσχυσεν, εἴτε κοινολογησάμενος τῶν λογίων τισὶν, οἳοι πολλοὶ βασιλείους παρεδρεύειν εἰώθασιν, ἢ θείας τινὸς ἐπιποίας αὐτῷ γενομένης. διαθήκης γὰρ διαθεῖς γράμματα, διάδοχον μὲν τῆς ἡγεμονίας ἀνεῖπε τὸν παῖ-5  
 Β βασιλείαν σθένει τε καὶ προνοίᾳ πάσῃ συνδιασώσασθαι. Ἀρκάδιος μὲν ὧδε τὴν τε ἀρχὴν καὶ τὰ οἰκεία διοικησάμενος ἐτελεύτησεν· Ἰσδιγέρδης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπεὶ τὸ γράμμα τοῦτο 10  
 ἀπενεχθὲν εἶδεν, ὧν καὶ πρότερον ἐπὶ τρόπου μεγαλοφροσύνη διαβόητος ἐς τὰ μάλιστα, ἀρετὴν ἐπεδείξατο θαύματός τε πολλοῦ καὶ λόγου ἀξίαν. τὰς γὰρ Ἀρκαδίον ἐντολὰς ἐν ἀλογίᾳ οὐδεμιᾷ ποιησάμενος εἰρήνην τε ἀφθόνῳ χρώμενος διαγέγονεν ἐς Ῥωμαίους τὸν πάντα χρόνον καὶ Θεοδοσίῳ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. 15  
 αὐτίκα γοῦν πρὸς Ῥωμαίων τὴν βουλὴν γράμματα ἔγραψεν, ἐπιτροπὸς τε οὐκ ἀπαρνούμενος Θεοδοσίῳ βασιλείως εἶναι καὶ πόλε-  
 C μων ἐπανατεινόμενος, ἣν τις αὐτῷ ἐς ἐπιβουλὴν ἐγχειροίη καθίστασθαι.

Ἐπεὶ δὲ Θεοδόσιος μὲν ἀνὴρ τε ἐγεγόνει καὶ ἡλικίας πόρρω 20  
 ἀφῆκτο, Ἰσδιγέρδης δὲ νοσήσας ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἐπῆλθεν μὲν ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν Οὐαραυράνης ὁ Περσῶν βασιλεὺς

1. βουλὴν L. βουλῆ P. 3. βασιλείους A. βασιλεῖ P. 6. τὸν] τῶν P. 18. ἐπανατεινόμενος] ἐπανατεινόμενος A correctus. 21. ἐπῆλθεν — ἄχαρι] ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν, οὐδὲν δὲ ἔδρασεν ἄχαρι, Suidas s. v. ἄχαρι.

 ἔλέγοντο γινῶμαι ὡς αὐτοῖς ἴτεον ἀγωνιουμένοις ἐς παλάτιον.  
 Ὡριγένης δὲ, ἀνὴρ ἐκ βουλῆς, παρελθὼν ἔλεξε τοιαύδε, Ἐὰ μὲν 15  
 παρόντα ἡμῖν, ὧ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, πράγματα μὴ οὐχὶ πολέμῳ  
 διακριθῆναι οὐχ οἷόν τε. πόλεμος δὲ καὶ βασιλεία τὰ μέγιστα  
 B τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀπάντων ὠμολόγηται εἶναι. τῶν δὲ δὴ πρά-  
 ξειν αἱ μεγάλαὶ οὐ βραχύτῃ καιροῦ κατορθοῦσθαι θέλουσιν,  
 H 41 ἀλλ' εὐβουλία τε λογισμῶν καὶ πόνοις σωμαίων, ἅπερ ἀνθρώ- 20  
 ποι ἐς χρόνον μῆκος ἐνδείκνυνται. ἦν μὲν οὖν ἐπὶ τὸν πολέμιον  
 ἴοιμεν, ἐπὶ ξυροῦ μὲν ἀκμῆς τὰ πράγματα ἡμῖν στήσεται, περὶ  
 δὲ τῶν ὄλων ἐν βραχεῖ διακινδυνεύσομεν χρόνῳ, τῶν δὲ ἀποβή-

acclamatur Hypatius, et in forum, ut ibi habenas rerum capessat, de-  
 ducitur, comitante uxore (Mariae nomen erat) femina prudentiae con-  
 tinentiaeque laudem adepta maximam. Haec maritum retentans nec di-  
 mittens, inclinata ululantiq̄ue voce clamabat, hominem ad mortem rapi,  
 et amicorum omnium ac necessariorum opem implorabat. Sed multitu-  
 dine praevallente, abstracta a viro depulsaque est: quem populus invi-  
 tum licet ac renitentem cum ad forum Constantini duxisset, sibi in Im-  
 peratorem poposcit, et quoniam diadema caeteraque ornamenta Impera-  
 toria deerant, imposito capiti torque aureo, Augustum consalutavit. Iam  
 vero cum omnes Curiae Patres, qui erant extra aulam Imperatoris, con-  
 venissent, in eam ibant sententiam multi, ut faciendum impetum dicerent  
 in Palatium. Tum processit Origenes senator, et orationem hanc habuit.  
*Fieri non potest, viri Romani, ut sumptis temere armis de praesenti  
 rerum statu bene decernamus. Nam ex iis omnibus, quae homines  
 tractant, nihil esse maioris constat nec molis nec momenti, quam bellum  
 et regnum. Atqui coeptis ingentibus secundos exitus afferre solet non  
 punctum temporis, sed consiliorum prudentia et dura corporis exercita-  
 tio: utrumque autem longo spatio probari debet. Quare si petamus iam  
 adversarium, in novaculae acie, quod vulgo aiunt, sitae res nostrae  
 erunt, deque earum summa momento periclitabimur. Eventus vero, qui-*

σεσθαι μελλόντων ἕνεκα τὴν τύχην ἢ προσκυνήσομεν ἢ μεμψόμε-  
θα πάντως. τὰ γὰρ τῶν πραγμάτων ὀξύτατα ἐς τὸ τῆς τύχης  
ὡς τὰ πολλὰ περιόσταιται κράτος. ἦν δὲ σχολαίτερον τὰ παρόντα  
διοικησώμεθα, οὐδὲ βουλομένοις παρέσται ἡμῖν Ἰουστινιανὸν ἐν  
5 παλατίῳ λαβεῖν, ἀλλ' ἀγαπήσει ὡς τύχιστα ἦν τις αὐτὸν ἐψή C  
φυγεῖν. ἀρχὴ γὰρ περιορωμένη καταρρεῖν εἴωθεν, ἀποληγούσης  
αὐτῇ τῆς ἰσχύος ἐς ἡμέραν ἐκάστην. ἔστι τοίνυν ἡμῖν βασιλεία  
ἕτερα, Πλακιλλιανὰ τε καὶ τὰ Ἑλένης ἐπώνυμα, ὅθεν χρῆ βα-  
σιλέα τόνδε ὀρμώμενον τὸν τε πόλεμον διενεγκεῖν καὶ τὰ ἄλλα  
10 διοικήσασθαι ἢ ἡμεινον ἔξει. “ Ὀριγένης μὲν τοσαῦτα εἶπεν. οἱ  
δὲ δὴ ἄλλοι, ὅπερ φιλεῖ ὄμιλος ποιεῖν, ὀξύτερόν τε ἀντελαμβά-  
νοντο καὶ τὸ παραντίκα ὤοντο ξύμφορον εἶναι, καὶ οὐχ ἥκιστα  
γε Ὑπάτιος (χρῆν γὰρ οἱ γενέσθαι κακῶς) τῆς ἐπὶ τὸν ἰππόδρο-  
μον ὁδοῦ ἐκέλευεν ἡγεῖσθαι. τινὲς δὲ φασιν ἐξεπίτηδες αὐτὸν ἐν-  
15 ταῦθα ἤκειν, βυσιλεῖ εὐνοϊκῶς ἔχοντα.

Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν βασιλέα ἐν βουλῇ ἦσαν πότερα μενοῦσιν  
αὐτοῖς ἢ ταῖς νασὶν ἐς φυγὴν τρεπομένοις ἡμεινον ἔσται. καὶ λό- D  
γοι μὲν πολλοὶ ἐλέγοντο ἐς ἐκάτερα φέροντες. καὶ Θεοδώρα δὲ ἡ  
βασιλίσσα ἐλέξε τοιάδε, „Τὸ μὲν γυναικα ἐν ἀνδράσι μὴ χρῆσαι  
20 τολμᾶν τὸν παρόντα οἶμαι καιρὸν ἥκιστα ἐφεῖναι διασκοπεῖσθαι,  
ἢ ἐν τοῖς ἀποκνοῦσι νεανιεύεσθαι, εἴτε ταύτῃ εἴτε ἄλλῃ πη νομι-  
στέον. οἷς γὰρ τὰ πράγματα ἐς κίνδυνον τὸν μέγιστον ἤκει, οὐκ

3. „σχολαίτερον Reg.“ MALT. σχολαιότερον P. 21. ἢ — νεα-  
νιεύεσθαι om. A.

*cumque futurus est, vel laudem vel culpam tribuemus omnem Fortunae, calidioribus inceptis plerumque dominantī. Quod si instantia sedatius lentiusque digeramus, facultas capiendi in Palatio Iustiniani ultro se nobis offeret; quin ille brevi secum agi praeclare credet, si quis ipsum elabi siverit. Despecta enim potestas deficientibus in dies viribus tandem collabi solet. Porro alia sunt nobis Palatia, puta Placillianum atque Helenae, unde Imperatorem hunc in bellum erumpere, caeteraque, quam optime poterit, administrare oportet. Haec Origenes. Contra caeteri (ut fit in turba) dicebant audendum promptius et in celeritate multum ponebant. Nec segnius Hypatius (nam illi fatum erat perire) sibi ut in Circum praeciretur imperabat. Quamquam sunt qui ipsum de- dita opera voluisse eo deduci interpretentur, quod Augusto consultum cuperet.*

Interea apud Imperatorem consulebatur in medium, utrum potius es- set subsistere, an navibus conicere se in fugam. Scissum erat consilium in utramque partem, cum Theodora Augusta in hunc modum locuta est. Non fert, meo quidem iudicio, tempus istud ut quis reputet minime de- cere feminam inter viros virum agere; nec si illa apud ignavos animose verba faciat, idne recte an secus fiat spectandum est. Quorum enim

- P 73 ἄλλω οὐδενὶ ἢ τῷ τὰ ἐν ποσὶν ὡς ἄριστα θέσθαι προσέχειν χρεῶν ἅπασιν. ἠγοῦμαι δὲ τὴν φυγὴν ἔγωγε, εἶπερ ποτὲ, καὶ νῦν, ἦν καὶ τὴν σωτηρίαν ἐπάγεται, ἀξίμφορον εἶναι. ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ ἐς φῶς ἦκοντι τὸ μὴ οὐχὶ καὶ νεκρῶ γενέσθαι ἀδύνατον, τῷ δὲ βεβασιλευκότῳ τὸ φυγάδι εἶναι οὐκ ἀνεκτόν. μὴ γὰρ ἂν γενοί-5 μην τῆς ἀλουργίδος ταύτης χωρὶς, μηδ' ἂν τὴν ἡμέραν ἐκείνην βιώην, ἐν ἧ με δέσποιναν οἱ ἐντυχόντες οὐ προσεροῦσιν. εἰ μὲν οὖν σῶζεσθαι σοι βουλομένῳ ἔστιν, ὦ βασιλεῦ, οὐδὲν τοῦτο πρῶγμα. χρήματά τε πολλά ἔστιν ἡμῖν, καὶ θάλασσα μὲν ἐκεί- νη, πλοῖα δὲ ταῦτα. σκόπει μέντοι μὴ διασωθέντι ζυμβήσεται<sup>10</sup> σοι ἥδιστα ἂν τῆς σωτηρίας τὸν θάνατον ἀνταλλάξασθαι. ἐμὲ
- B γάρ τις καὶ παλαιὸς ἀρέσκει λόγος, ὡς καλὸν ἐντάφιον ἢ βασι- λεία ἔστι<sup>11</sup>. τοσαῦτα τῆς βασιλίδος εἰπούσης, θάρσος τε τοῖς πᾶσιν ἐγένετο καὶ εἰς ἀλκὴν τραπόμενοι ἐν βουλῇ ἐποιούντο ἧ ἂν ἀμύνεσθαι δυνατοὶ γένωνται, ἦν τις ἐπ' αὐτοὺς πολεμήσων ἴοι.<sup>15</sup> οἱ μὲν οὖν στρατιωτῶν ἐξυμπαντες, οἳ τε ἄλλοι καὶ ὅσοι ἀμφὶ τὴν βασιλείως ἐκείνην ἐτετάχοντο, οὔτε τῷ βασιλεῖ εὐνοϊκῶς εἶχον οὔτε εἰς τὸ ἐμφανὲς ἔργον ἔχεσθαι ἠθέλον, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἐκαραδό- κουν ὅλη ἐκβήσεται. πᾶσαν δὲ τὴν ἐλπίδα ἐν Βελισαρίῳ τε καὶ Μούνδῳ ὃ βασιλεὺς εἶχεν, ὧν ἕτερος μὲν, ὁ Βελισάριος, ἄρτι<sup>20</sup> ἐκ τοῦ Μηδικοῦ ἐπανάγκων πολέμου τὴν τε ἄλλην θεραπείαν δυ-
- C νατῆμ τε καὶ λόγου ἀξίαν ἐπήγετο καὶ δορυφόρων τε εἶχε καὶ

1. ἄλλω οὐδενὶ ἢ τῷ] ἄλλω οὐδενὶ εἴη ἢ τῷ P. ἄλλω οὐδὲν εἴη ἢ τῷ H. „ἄλλο οὐδὲν εἴη ἢ τὸ Reg.“ MALT. Sic Hm. 3. μὲν γάρ] Legebatur γάρ μὲν. 9. ἐκείνη] ἐκείνη H. 18. ἔργον ἔχεσθαι] ἔρχεσθαι Reg.“ MALT.

res in summum venire discrimen, eorum cogitationes omnes in hoc uno versari debent, ut instantia constituent optime. Ego vero sic sentio, rationibus nostris fugam vel nunc maxime adversari, quamvis allatura salutem esset. Homini quidem in lucem edito subeunda est necessitas leti: id vero pati non debet qui imperium semel obtinuit, ut in exilio vivat, dignitati superstes suae. Ne Deus siverit ut purpura hac spoliata umquam conspiciat, ac vel unum diem vivam, quo me Dominam obvii non salutent. Tu quidem, Auguste, si vis evadere, nihil in hoc negotii: affatim pecuniae est: en mare, en naves. Caeterum vide, ne tibi hinc claspso contingat lucis huius suavitatem cum morte ignobili commutare. At mihi vetus illud verbum placet, quo fertur, praeclarum esse linteum sepulchrale regnum.“ His dictis Augusta ita omnium erexit animos et vires incendit, ut iam unum id agitent, quo se pacto tuerentur, si quis inferret oppugnationem. Certae milites plerique omnes, etiam Pa- latini, nec Augusto studebant, nec rem aperte volebant aggredi; sed motus civilis exitum expectabant. Spem omnem Imperator in Belisario ac Mundo repositam habebat: quorum ille e bello Persico recens praeter

ἐπασπιστῶν πλήθος, ἐν τε ἀγῶσι καὶ τοῖς τοῦ πολέμου κινδύ-  
τοις τὰς μελέτας πεποιημένον. Μοῦνδος δὲ, Ἰλλυριῶν στρατη-  
γὸς ἀποδεδειγμένος, τῆντι ξυγκύρησε, βαρβάρους Ἐρσί-  
λους ἐπαγαγόμενος κατὰ τινα χρεῖαν ἐς Βυζάντιον μετέπιμπος  
5 ἤκειν.

Ἐπάτιος μὲν οὖν ἐπειδὴ εἰς τὸν ἰππόδρομον ἀφίκετο, ἀνα-  
βαίνει μὲν αὐτίκα οὗ δὴ βασιλέα καθίστασθαι νόμος, κάθηται  
δὲ ἐς τὸν βασιλειον θρόνον, ὅθεν αἰεὶ βασιλεὺς εἰσθαι τὸν τε ἰπ-  
πικὸν καὶ γυμνικὸν θεῖσθαι ἀγῶνα. ἐκ δὲ παλατίου Μοῦνδος  
10 μὲν διὰ πύλης ἐξέρχεται, ἐνθεν δὲ ὁ κοχλίας ἀπὸ τῆς ἰδέας καθόλου  
κυκλοτεροῦς οὔσης ὠνόμασται. Βελισάριος δὲ τὰ μὲν πρῶτα εὐ-  
θὺς αὐτοῦ τε Ἐπατίου καὶ θρόνου τοῦ βασιλείου ἀνέβαινεν, ὡς D  
δὲ ἐς τὸ πλησίον οἴκημα ἦλθεν, οὗ δὲ στρατιωτῶν φρουρὰ ἐκ  
παλαιοῦ ἐστίν, ἐβόα τοῖς στρατιώταις, ἐγκελευόμενος ἀνοιγνῆναι  
15 οἱ τὴν θύραν ὡς τάχιστα, ὅπως ἐπὶ τὸν τύραννον ἴωι. δεδογμέ-  
νον δὲ τοῖς στρατιώταις μηδετέρῳ ἀμύνειν, ἕως αὐτῶν ἕτερος  
λαμπρῶς νικήσῃ, ὡς ἤμισα ἐπαίειν δοκοῦντες διεκρούσαντο. ἀνα-  
στρέψας οὖν Βελισάριος ὡς βασιλέα διεφθάρθαι ἰσχυρίζετο σφίσι H 42  
τὰ πράγματα. νεωτερίζειν γὰρ ἐς αὐτὸν τοὺς στρατιώτας, οὗ  
10 τὴν παλατίου φρουρὰν ἔχουσιν. ἐκέλευεν οὖν αὐτὸν βασιλεὺς ἐπὶ  
τὴν καλουμένην Χαλκῆν καὶ τὰ ἐνταῦθα προπύλαια ἵέναι. ὁ δὲ  
δὴ μόλις καὶ οὔτε κινδύνων οὔτε πόνων μεγάλων χωρὶς δι' ἔρει- P 74

4. ἐπαγαγόμενος A. ἐπαγόμενος P. 10. ἐνθεν] ἐνθα L.  
22. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

amplum et validum ministerium, quod ducebat, hastatis militibus ac  
scutariis septus erat, qui in praeliis fuerant multis versati, diuque bello  
exerciti. Mundus Magister militum per Illyricum designatus, et tum  
temporis ad aliquid, quod ipsius operam postulabat, accitus Byzantium,  
cum Erulorum Barbarorum manu forte aderat.

Ergo perductus in Circum Hypatius, ad solium, unde Augustus  
equestris gymnicaque certamina spectare solet, ascendit protinus, et in  
eo consedit. E Palatio Mundus per eam exiti portam, in qua est coch-  
leas, a forma, quam plane rotundam habet, sic appellatus. Belisarius  
autem primum quidem recta ad ipsum Hypatium soliumque Imperatorium  
subire instituit. Verum ubi ad coniunctum parti huic et a praesidiariis  
iam inde olim teneri solitum domicilium pervenit, inclamavitque militibus  
uti ianua sibi ad tyrannum vadenti quamprimum recluderetur, illi con-  
stitutum inter se habentes ad neutram causam se aggregare, donec ad  
alteram manifeste victoria vergeret, nihil se exaudire simularunt. Ita  
repulsam passus Belisarius, ad Augustum redit, actum esse affirmat,  
perisse cuncta, custodes quoque Palatii studere rebus novis, et ab ipso  
iam descivisse. Mox eundem Augustus ad portam, quae Chalca sive  
Aerea dicitur, et ad vestibulum illi obiacens ire, eaque parte tentaro

πίων τε καὶ χωρίων ἡμιφλέκτων διεξιῶν εἰς τὸ ἵππικὸν ἀναβαίνει. καὶ ἐπειδὴ περὶ τὴν Βενέτειον ἐγεγόνει στοᾶν, ἣ τοῦ βασιλέως θρόνου ἐν δεξιᾷ ἐστίν, ἐβούλευσε μὲν ἐπὶ πρῶτον αὐτὸν Ὑπάτιον ἵνα, βραχείας δὲ οὔσης ἐνταῦθα πυλίδος, ἣ ἀποκέκλειστο τε καὶ ὑπὸ τῶν ἐντὸς Ὑπατίου στρατιωτῶν ἐφυλάσσετο, κατωρ-5  
 ρώδησε μὴ οἱ ἐν στενωῷ πονουμένῳ ὁ δῆμος ξυνεπιθέμενος αὐτὸν τε καὶ τοὺς ἐπομένους ἅπαντας διαφθείραντες ὁῶν τε καὶ ἀπονώ-  
 τερον ἐπὶ βασιλείᾳ χωρήσωσι. λογισάμενος οὖν ὡς οἱ ἐπὶ τὸν δῆ-  
 μον ἰτέον ἐστίν, οἱ ἐν τῷ ἵπποδρόμῳ ἐστήκεσαν, πλήθει τε ἄμε-  
 τροὶ καὶ μετὰ πολλῆς ἀκοσμίας ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοι, ἀπὸ 10  
 Β τοῦ κολεοῦ τὸ ξίφος ἀράμενος τοῖς τε ἄλλοις κατὰ ταῦτὰ ποιεῖν ἐπαγγείλας, δρόμῳ τε καὶ κραυγῇ ἐπ' αὐτοὺς ἦει. ὁ δὲ δῆμος, ἅτε δὴ ἐν ὀμίλῳ καὶ οὐκ ἐν τάξει ἰστάμενοι, ἐπειδὴ στρατιώτας εἶδον τεθωρακισμένους τε καὶ δόξαν πολλὴν ἐπὶ τε ἀνδρεία καὶ πολέμων ἐμπειρίᾳ ἔχοντας, καὶ τοῖς ξίφεσιν οὐδεμιᾷ φειδοῦ παιόν-15  
 τας, ἐς φυγὴν ὤρμηστο. κραυγῆς δὲ πολλῆς, ὡς τὸ εἰκὸς, γε-  
 γενημένης, πλησίον που ἐστηκὼς Μοῦνδος καὶ βουλόμενος ἔργου ἔχεσθαι (ἦν γὰρ τις τολμητῆς καὶ δραστήριος), ἀπορούμενος δὲ ἦ χρήσεται τοῖς πυροῦσιν, ἐπειδὴ ἔτεκμήρατο ὡς Βελισάριος ἐν τῷ πόνῳ εἶη, εὐθὺς ἐπὶ τὸ ἵπποδρόμιον διὰ τῆς εἰσόδου, ἣ νε-20  
 C κρὰ καλεῖται, εἰσβάλλει. τότε δὴ ἐκατέρωθεν οἱ Ὑπατίου στα-  
 σιῶνται κατὰ κράτος πλησσομένοι διεφθείροντο. ἐπεὶ δὲ ἡ τροπὴ λαμπρὰ ἐγεγόνει καὶ φόνος ἦν τοῦ δήμου ἤδη πολλὸς, Βοράιδης

4. ἀποκέκλειστο ] ἀποκέκλιτο A corr. 11. ταῦτα L. ταῦτα P.

aditum iubet. Ille inter rudera et loca incendio deformata non sine discrimine et labore magno ad Circum evasit, et prope Venetiam consistens porticum, quae est a dextra Caesarei solii, de invadendo primo omnium ipso Hypatio cogitavit. Sed propter angustias portae, quae et clausa erat et Hypatii satellitio munita intus, tumuit ne iniquiori spatio impeditus, ab irruente populo opprimeretur cum suis, et hinc magis pateret Augustus perduellium impressioni. Videns igitur satius esse multitudinem adoriri, quae in Circo stabat, numero infinita atque inordinatissima; quippe omnes invicem se contrudebant; districto gladio, idemque iussis facere caeteris incurrit eodem, conclamans. Simul autem conferta plebs neque ad pugnam composita, milites, qui et fortitudine et rei bellicae peritia clarissimi erant, adesse loricatedos nec ferro parcere animadvertit; consternata in fugam est. Exorto, ut res ferebat, clamore ingenti, Mundus, qui haud procul substiterat, ac rem quidem, pro innata vi atque ardore animi, volebat gerere, haerebat tamen nescius quid tempus posceret; ubi coniecit Belisarium dimicare, confestim per portam, quam vocant Libitinensem, irrupit in Circum. Hinc inde iam Hypatiani stragem accipere, et manu valida passim sterni. Populi patebat

τε καὶ Ἰουῆτος, Ἰουστινιανοῦ βασιλέως ἀνεψιοὶ, χεῖρας αὐτοῖς οὐδενὸς ἀνταίρειν τολμῶντος, καθιῦλόν τε ἀπὸ τοῦ θρόνου Ὑπάτιον καὶ αὐτὸν ἔσαγαγόντες βασιλεῖ ἅμα Πομπηίῳ παρέδωκαν. Θνήσκουσί τε τοῦ δήμου πλεόν ἢ τρισμύριοι ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ. 5 βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς ἐν φυλακῇ χαλεπῇ ἐκέλευεν εἶναι. ἐνταῦθα Πομπηῖος μὲν ἐδάκρυνέ τε καὶ ἄξια ἔλεον ἐφθέγγετο· ἦν γὰρ δὴ ὁ ἀνὴρ πραγμάτων τε καὶ κακῶν τοιοῦτων ἥκιστα ἐμπειρος· Ὑπάτιος δὲ αὐτὸν πολλὰ ὀνειδίσας οὐκ ἔφη χρῆναι τοὺς οὐκ ἐν δίκῃ ἀπολουμένους ὀδύρεσθαι. ἀρχὴν τε γὰρ ὑπὸ τοῦ δήμου ἄκοντας D 10 βιασθῆναι καὶ οὐκ ἐπὶ κακῶ τοῦ βασιλέως ὕστερον ἐς τὸ ἵπποδρόμιον ἀφικέσθαι. κτείναντες δὲ οἱ στρατιῶται τῇ ὕστεραία ἑκάτερον ἐς θάλασσαν καθῆκαν τὰ σώματα. βασιλεὺς δὲ αὐτῶν τε τὰ χρήματα ἐς τὸ δημόσιον ἀνάγραπτα ἐποίησατο καὶ ἄλλων τῶν ἐβουλήσ ἁπάντων, οἳ δὴ τὴν γνώμην ξὺν αὐτοῖς ἔθεντο. ἔπειτα 15 μέντοι τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ τοῖς Ὑπατίου καὶ Πομπηίου παισὶ τὰ τε ἀξιώματα, οἷς πρότερον ἐχρῶντο, ἀπέδωκε καὶ τῶν χρημάτων ὅσοις τῶν ἐπιτηδείων τινὰς οὐκ ἔτυχε δωρησάμενος. ἐς τότε μὲν ἐν Βυζαντίῳ ἡ στάσις ἐτελεύτα.

κέ. Τριβουνιαδὸς δὲ καὶ Ἰωάννης τῆς τιμῆς οὕτω παρα- P 75 20 λυθέντες χρόνῳ ὕστερον ἐς ἀρχὰς τὰς αὐτὰς κατέστησαν ἄμφω. ἀλλὰ Τριβουνιαδὸς μὲν ἔτη πολλὰ ἐπιβιούς τῇ τιμῇ ἐτελεύτησε νόσῳ, ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι πρὸς οὐδενὸς παθῶν. ἦν γὰρ αἰμύλος τε καὶ τᾶλλα ἡδύς, καὶ τῆς φιλοχρηματίας τὸ νόσημα ἐπισκιάσαί

22. ἄλλο om. Suidas s. v. Τριβουνιαδός.

fuga et clades ingens, cum Boraides et Iustus, Iustiniani Aug. ex frater nepotes, Hypatium, nemine repugnare audente, e solio deturbarunt, abductumque cum Pompeio, tradiderunt in manus Augusti. Eo die caesis e populo amplius xxx. m. utrumque Caesar dura et arcta custodia septum tenuit. Ibi Pompeius rerum et casuum eiuscemodi insolens, lachrymis dedebat se et lamentis miserabiliter: eumque Hypatius valde increpabat, ploratum illos decere negans, qui insontes perirent: sibi initio renitentibus vim a populo fuisse factam, nec se postea infestis in Augustum animis venisse in Circum. Nihilominus postridie confossi sunt a militibus, et in mare proiecta eorum cadavera. Ac bona quidem non amborum modo, sed omnium etiam Senatorum, qui ab ipsis steterant, fisco Imperator addidit: deinde tamen cum caeteros quosque, quos ordine moverat, tum Hypatii Pompeique liberos in pristinum gradum restituit, atque e facultatibus quicquid amicis non dederat, ipsis reddidit. Hic fuit Byzantinae seditionis exitus.

25. Tribunianus vero et Ioannes ita, ut dicebam, exuti honoribus, quibus utebantur, eosdem postmodum recepere. Ac Tribunianus quidem cum annos multos in Magistratu vixisset, morbo decessit, nullam praeterea passus offensionem: quippe mira urbanitate, lepore, et suavitate

ικανώτατος τῇ τῆς παιδείας περιουσίᾳ. Ἰωάννης δὲ (πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις βαρὺς τε ὁμοίως καὶ χαλεπὸς ἦν, πληγὰς τε τοῖς προσπίπτουσιν ἐντεινόμενος καὶ τὰ χρήματα ἀπαξάπαντα λόγῳ B. οὐδενὶ ληϊζόμενος) δέκατον ἔτος τὴν ἀρχὴν ἔχων τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς τὴν δίκαιαν παρανομίας ἐξέτισε τρόπῳ 5 τοιοῦδε.

Θεοδώρα ἡ βασίλις ἤρχετο αὐτῷ πάντων μάλιστα, καὶ ὅς τῇ γυναικὶ προσκεκρουκῶς οἷς ἡμάρτανε θωπεῖα μὲν αὐτὴν ἢ χάριτι μετελθεῖν ὡς ἥκιστα ἔγνω, ἐς ἐπιβουλήν δὲ αὐτῇ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς καθιστάμενος ἐς τὸν βασιλέα διέβαλλεν, οὔτε τὴν τύχην 10 ἐρυσθριῶν οὔτε τὴν στοργὴν αἰσχυρόμενος, ἦνπερ ἐς αὐτὴν ὁ βασιλεὺς εἶχεν ἐξαισίαν οἴαν. αἰσθυμένη δὲ ἡ βασίλις τῶν ποιου- H 43 μένων κτεῖναι μὲν διανοεῖτο τὸν ἀνθρώπον, μηχανῇ δὲ οὐδεμιᾷ C εἶχεν, ἐπεὶ λόγον αὐτοῦ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐποιεῖτο πολύν. γνοὺς δὲ Ἰωάννης τὴν τῆς βασιλίδος ἐς αὐτὸν γνώμην ἐν δαίμασι 15 μεγάλῳ ἐγίνετο. ἐπειδὴν τε ὡς καθενδύσων ἐς τὸν κοιτῶνα ἴοι, τῶν τινα βαρβάρων ἐπιστήσεσθαι οἱ ὡς ἀπολοῦντα ὑπώπτευν ἐς νύκτα ἐκάστην, ὑπερνώπων τε αἰὲ ἐκ τοῦ δωματίου καὶ τὰς εἰσόδους περισκοπῶν ἄυπνος ἔμενε, καίπερ ἐταιρισόμενος δορυφόρων τε καὶ ὑπασπιστῶν χιλιάδας πολλὰς, οὐ γενοὺς ὑπάρχων 20 τινὶ πρότερον τοῦτό γε. ἀλλ' ἐπιλελησμένος ἅμα ἡμέρᾳ θείων τε

1. τῇ τῆς Suidas. Aberat τῆ. 3. προσπίπτουσιν] περιπίπτουσιν Suidas s. v. Ἰωάννης. ibid. ἀπαξάπαντα Suidas. Vulgo ἀπαξ ἅπαντα. 5. δίκαιαν] δίκην Suidas. 10. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 15. αὐτὸν] αὐτόν P. αὐτὴν L.

erat conditus, et avaritiam obscurabat splendore summae eruditionis. Contra Ioannes, homo aequè omnibus gravis, et adeo importunus, ut obvium quemque oneraret plagis, et cunctis uno tempore pecuniis exhauriret indicta causa, decimo tandem Praefecturae anno poenas iure meritoque dedit sceleratissimae et contaminatissimae vitae: quod ita accidit.

Ioannem oderat Theodora Augusta unum omnium maxime. Quod ille odium etsi culpa sua ipsam offendendo contraxerat, adeo non obsequio ambire feminam sibi que officii conciliare studuit, ut aperte illi inimicum crimen intulerit apud Augustum, nec conditionem erubescens, nec amorem reverens ingentem, quo eam Imperator amplectebatur. His Theodora intellectis, coepit animo coquere interficiendi eius consilium: at qua id via perliceret nesciebat: quoniam ipsum magni faciebat Augustus. Haud ignarus Ioannes quo esset in se animo Augusta; percellabatur magnis terroribus. Noctibus enim singulis, ubi se in cubiculum quietis causa receperat, imminere putabat Barbarum aliquem ad caedem instructum: quocirca e thalamo caput quolibet temporis puncto proferens, omnesque aditus circumspectans, somnum non videbat, quamvis succinctus esset Hastatorum ac Scutariorum multis millibus: quantum satellitium nullus



καὶ ἀνθρωπείων δειμάτων ὑπάντων ὕλεθρος αὐθις κοίη τε καὶ  
 ἰδίᾳ πᾶσι Ῥωμαίοις ἐγίγνετο. καὶ φαρμακεῦσι μὲν τὰ πολλὰ ἀμί- P 76  
 λει, μαντείαις δὲ ἀσεβέσιν ἐς αἰὲ χρόμενος τὴν αὐτοκράτορα αὐ-  
 τῷ τετρατενομέναις ἀρχὴν, ἀεροβατῶν τε καταφανῆς ἦν καὶ μετέω-  
 5 ρος ἀρθεὶς ταῖς τῆς βασιλείας ἐλπίσι. τῆς μέντοι πονηρίας αὐτῷ  
 καὶ τῆς ἐς τὴν δίκαιαν παρανομίας οὐδὲν οὔτε ἐλώφα οὔτε ὑπέληγε.  
 καὶ τις αὐτῷ Θεοῦ λόγος τὸ παράπαν οὐκ ἦν, ἀλλὰ καὶ, εἴ που  
 εἰς ἱερὸν ὡς ἐξόχμενός τε καὶ διανυκτερεύσων ἐνταῦθα ἴοι, οὐδὲν  
 ὁμοίως τοῖς Χριστιανῶν ἡθροῖς ἐπραττεν, ἀλλὰ τριβώνιον ἐνδι-  
 10 ουσκόμενος ἱερῷ πρέπον τῆς παλαιᾶς δόξης, ἦν νῦν Ἑλληνικὴν  
 καλεῖν νενομίκασιν, λόγους οὐκ ὁσίους τινὰς, ὥσπερ ἐμμελετή- B  
 κει, ἀνὰ πᾶσαν τὴν νύκτα ἐκείνη ὑπεστομάτιζεν, ὅπως οἱ ἢ τε  
 βασιλέως διάνοια ἔτι μᾶλλον ὑποχειρία εἶη καὶ αὐτὸς κακῶν γέ-  
 νοιτο ἀπαθῆς πρὸς πάντων ἀνθρώπων.

5 Ἐν τούτῳ δὲ Βελισάριος Ἰταλίαν καταστρεψάμενος βασιλεῖ  
 ἐς Βυζάντιον ξὺν Ἀντωνίῃ τῇ γυναικὶ μετὰπεμπτος ἦλθεν, ἐφ'  
 ᾧ ἐπὶ Πέρσας στρατεύσειε. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἐντιμὸς τε  
 καὶ λόγου πολλοῦ ἄξιος, ὡς τὸ εἶδος, ἦν, μόνος δὲ Ἰωάννης  
 αὐτῷ χαλεπῶς εἶχε καὶ πολλῇ ἐπιβουλῇ ἐς αὐτὸν εἶχετο, κατ'  
 0 ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ αὐτὸς μὲν τὸ ἐκ πάντων ἔχθος ἐφ' ἑαυ- C  
 τὸν εἶλκε, Βελισάριος δὲ πάντων εὐδοκιμῶν μάλιστα ἔτυχεν· ἐπ'  
 αὐτῷ τε γενομένης τῆς Ῥωμαίων ἐλπίδος αἰθρῆς ἐπὶ Πέρσας ἐστρά-

12. ἐκείνη Hm. Vulgo ἐκείνην.

umquam Praefectus habuit. At simul illuxerat, Dei pariter hominumque  
 omni metu deposito, pergebat Romanos universos pessundare, qua pub-  
 licae, qua privatae. Cum incantatoribus versabatur plurimum, impias  
 divinationes consectans, quae ipsi Imperatorum apicem spondebant: iam-  
 que ad illum spe subvectus, aequalis astris gradiebatur: nunquam eius  
 respirabat improbitas: nihil effraenis vitae licentia remittebat. Nullo  
 erat apud ipsum numero Deus: immo vero si quando in templum se con-  
 ferret precationis et sacri pervigilii causa, aliena prorsus a Christiano-  
 rum ritibus agebat. Nam pallio Sacerdotali indutus, antiquae sectae,  
 quae hodie Graecanica vocari solet, profanas quasdam nugas, quibus  
 mentem imbuerat, tota nocte recitabat, eo vota intendens, ut sibi ma-  
 gis in dies deditum atque obnoxium haberet animum Imperatoris, nec  
 violari ipse a quoquam posset.

Per id tempus subacta Italia Byzantium cum Antonina uxore Beli-  
 sarius rediit, accitu Augusti, ut imperium contra Persas acciperet. Singu-  
 lulari apud omnes erat in gratia et honore, neque immerito, victoris  
 nomen: unus admodum ringebatur Ioannes, eique perniciem moliebatur,  
 nullam aliam ob causam, nisi quia, cum ipse omnium in se odium colle-  
 gisset, Belisarius supra omnes omnium laudibus tollebatur. Et quoniam  
 in eo residebat spes Romanorum, bellum Persicum ipsi iterum datum est.

τευσε, τὴν γυναῖκα ἐν Βυζαντίῳ ἀπολιπών. Ἀντωνίνα δὲ ἡ τοῦ Βελισαρίου γυνή (ἦν γὰρ ἰκανωτάτη ἀνθρώπων ἀπάντων μηγα-  
 νᾶσθαι τὰ ἀμήχανα) χαριεῖσθαι τῇ βασιλίδι βουλευσαμένη ἐπε-  
 νόει τοιαύδε. ἦν τῷ Ἰωάννῃ θυγάτηρ Εὐφημία, δόξαν μὲν ἐπὶ  
 σωφροσύνῃ πολλὴν ἔχουσα, νέα δὲ κομιδῇ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ λίαν 5  
 D εὐάλωτος, ἦν δὲ ὁ πατὴρ ὑπερηγάπα, ἕπει καὶ μόνῃς αὐτῆς  
 ἐγεγόνη πατὴρ. ταύτην ἡ Ἀντωνίνα τιθασεύουσα ἐς ἡμέρας συ-  
 χνᾶς προσποιήσασθαι τε ἕτε φίλην ἐνδελεχέστατα ἴσχυσε καὶ τῶν  
 αὐτῇ ἀπορορῆτων μεταδιδόναι οὐκ ἀπηξίου. καὶ ποτε αὐτῆς οἱ  
 μόνῃς ἐν τῷ δωματίῳ παρούσης ὀδύρεσθαι τύχας τὰς παρούσας 10  
 ἐπλάσσετο, ὅτι δὴ Βελισάριος εὐρύτερον ποιησάμενος τὴν Ῥω-  
 μαίων ἀρχὴν πλείονι μέτρῳ ἢ πρότερον οἷσα ἐτύχανε, βασιλεῖς  
 τε δορυαλώτους δύο καὶ πλούτου τοσοῦτόν τι χρῆμα ἐς Βυζάν-  
 τιον ἀγαγών, ἀχαρίστου Ἰουστινιανοῦ ἔτυχε· τὰ τε ἄλλα ὡς οὐ  
 δικαίαν οἶσαν τὴν πολιτείαν διέβαλλε. περιχαρῆς δὲ τῷ λόγῳ γε- 15  
 νομένη ἡ Εὐφημία (δέει γὰρ τῷ ἐκ τῆς βασιλίδος καὶ αὐτῇ τῇ  
 παρούσῃ ἀρχῇ ἤχθετο) „Καὶ τοῦδε μέντοι, ὦ φιλάτη,“ ἔφη,  
 P 77 „ὑμεῖς αἴτιοι, ὅτι δὴ πᾶρόν ὑμῖν τῇ δυνάμει οὐ βούλεσθε χρῆ-  
 σθαι“. ὑπολαβοῖσα δὲ ἡ Ἀντωνίνα „Οὐ γὰρ οἷοί τε ἐσμέν, ὦ  
 θύγατερ,“ εἶπεν, „ἐν στρατοπέδῳ νεωτέροις ἐγχειρεῖν πράγμασιν, 20  
 ἦν μὴ τοῦ ἔργου ξυνεπιλάβωνται ἡμῖν τῶν ἔνδον τινές· ἀλλ' εἴ-  
 περ ὁ σὸς πατὴρ ἤθελε, ῥᾶστα ἂν ἐς τὴν προὔξιν καθιστάμενοι

7. τιθασεύουσα] Vulgo τιθασσεύουσα. 10. δωματίῳ] „δῶματι  
 Reg.“ MALT. 20. ἐγχειρεῖν] ἐγχωρεῖν AH: illud Hm.

Proficiscens uxorem Byzantii reliquit. Haec vero mortalium omnium maxime idonea ad connectendos dolos, ex quibus nemo se explicaret, ut gratificaretur Augustae, hanc artem excogitavit. Erat Ioanni filia, cui nomen Euphemiae: modestiae illa quidem laude conspicua; sed adolescentula et ea re captu facilis: unice dilecta patri, quippe unigena. Huic Antonina per dies multos blandimenta dedit, et amicitiae simulatione eam sibi devinxit penitus, eo progressa, ut arcanorum iam participem faceret. Aliquando cum ea in cubiculo agens remotis arbitris, coepit, fecte scilicet, praesentem rerum conditionem deplorare, et queri inprimis quod Belisarius post prolatum a se longe Rom. imperium, post captos advectosque Byzantium cum tot spoliis atque opibus Reges duos, ingratum Iustinianum experiretur: alia tum multa in publicae administrationis iniquitatem subiecit. Eiusmodi rerum mentione delectata Euphemia (nam et ipsa praesentem dominatum molestissime ferebat propter oblatum ab Augusta metum) *Atqui, inquit, charissima, huius mali causa in vobis stat, qui cum imperii vires habeatis in manibus, non vultis uti.* Cui Antonina, *Nihil nos, ait, o filia, nihil aggredi foris, nec res novas in castris moliri possumus, nisi hic domi sint, qui sociam manum coeptis admoveant. At si vellet pater tuus in rem una incumbere, quidquid*

ὅσα ἦν τῷ Θεῷ βουλομένῳ ἐπράσσομεν“. ἀκούσασα ταῦτα Εὐ-  
 φημία προθύμως μὲν ὑπέσχετο ἐπιτελῆ ἔσεσθαι, ἀπαλλαγεῖσα δὲ  
 ἐνθὺνδε τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τὸν πατέρα εὐθὺς ἤνεγκε. καὶ ὅς τῷ λόγῳ  
 ἤσθεις (ταύτην γάρ οἱ ὁδὸν ἐς τε τὰ μαντεῖα καὶ τὴν βασιλείαν  
 5 ὑπειτόπαζε φέρειν τὴν πρᾶξιν) εὐθὺς μελλήσει οὐδεμιᾷ ὠμολόγησε, B  
 πρᾶσσειν τε τὴν παῖδα ἐκέλευσε τῇ ὑστεραίᾳ ὅπως ἐς λόγους τῇ  
 Ἀντωνίνῃ αὐτὸς ξυμμίξῃ καὶ τὰ πιστὰ δοίῃ. μαθοῦσα δὲ Ἀντων-  
 νίνα τὴν Ἰωάννου γνώμην καὶ ὡς ἀπωτάτω τὸν ἄνθρωπον τῆς  
 τοῦ ἀληθοῦς ἀπαγαγεῖν ἐννοίας ἐθέλουσα νῦν μὲν ἔφη οἱ ξυγγε-  
 10 νέσθαι αὐτὸν ἀξυμφορον εἶναι, μή τις ὑποψία μεταξὺ ἐπιγενο-  
 μένῃ διακωλύσει τὰ πρᾶσσόμενα ἱκανῆ εἶη· μέλλειν δὲ αὐτίκα  
 δὴ μάλᾳ ἐς τὴν ἔω παρὰ Βελισάριον στέλλεσθαι. ἐπειδὴν οὖν ἐκ H 44  
 Βυζαντίου ἀπαλλαγεῖσα ἐν τῷ προουστειῷ γένηται (ὃ Ῥουφινια-  
 ναὶ μὲν ὀνομάζεται, Βελισαρίου δὲ ἴδιον ἐτύγχανεν ὄν) ἐνταῦθα  
 15 τὸν Ἰωάννην ὡς ἀσπασόμενόν τε καὶ προπέμψοντα ἤκειν, καὶ  
 τοὺς τε λόγους περὶ τῶν ὅλων ποιήσασθαι καὶ τὰ πιστὰ λαβεῖν C  
 τε καὶ δοῦναι. ταῦτα εἰποῦσα, εὗ τε τῷ Ἰωάννῃ εἰπεῖν ἔδοξε καὶ  
 ἡμέρα τακτῆ ἐπὶ τῇ πράξει διώριστο. ἥ τε βασιλὶς τὸν πάντα λό-  
 γον παρὰ τῆς Ἀντωνίνης ἀκούσασα ἐπήγει μὲν τὰ βεβουλευμένα,  
 20 ἐγκειλενομένη δὲ πολλῶ ἔτι μᾶλλον ἐς τὴν προθυμίαν ἐνήγειν.

Ἐπειδὴ τε ἡ κυρία παρῆν, ἀσπασιμένη μὲν ἡ Ἀντωνίνα  
 τὴν βασιλίδι ἐκ τῆς πόλεως ἀπηλλάσσετο, ἔν τε Ῥουφινιαναῖς ἐγέ-  
 νετο, ὡς τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἐπὶ τὴν ἔω ὁδοῦ ἀρξομένη, οὗ δὴ καὶ  
 Ἰωάννης τὰ ξυγκείμενα ἐπιτελέσων ἐς νύκτα ἦλθεν. ἡ δὲ βασιλὶς

*esset Deo visum, nullo conficeremus negotio. His Euphemia auditis  
 prompto animo recipit operam suam minime defuturam: mox digressa,  
 rem patri aperit. Ille dictis mirifice captus, cum sibi viam eo pacto ad  
 vaticiniorum exitum atque imperium muniri existimaret, illicit assensus  
 est, filiaeque iniunxit daret operam ut ipse postridie cum Antonina col-  
 loqueretur, quo posset coram fidem suam obstringere. De Ioannis con-  
 silio facta certior Antonina, eumque a cognitione veri quam longissime  
 abducere cupiens, haec retulit: in praesenti quidem congressum id ha-  
 bere periculi, ne qua interveniret suspicio, quae inceptum everteret:  
 sed propediem se in Orientem ituram ad Belisarium: ubi igitur profecta  
 Byzantio in suburbanum Belisarii praetorium, cui nomen est Rufinianum,  
 divertisset, eo ipsam oportere accedere, salutationis et honorariae de-  
 ductionis obtentu: ibi se de re tota inter se collaturos ac fidem daturus  
 mutuam. Probata hac Ioanni sententia, certa dicitur dies. Ubi technae  
 seriem Augusta ab ipsamet Antonina accepit, non laudavit modo, sed  
 stimulos etiam subdidit ad perficienda alacriter cogitata.*

Condicto die, posteaquam Augustam Antonina salutavisset, egressa ex  
 urbe sic Rufinianum petiit, quasi postridie coeptura inde iter in Orien-  
 tem: eodem Ioannes ut conventa praestaret de nocte se contulit. Cuius

διαβάλλουσα πρὸς τὸν αὐτῆς ἄνδρα τὰ πρὸς Ἰωάννου ἐπὶ τῇ τυ-  
 D ραννίδι πρᾶσσόμενα, Ναρσῆν τε τὸν εὐνοῦχον καὶ Μάρκελλον  
 τὸν τῶν ἐν παλατίῳ φυλακῶν ἄρχοντα ἐς Ῥουφινιανὰς ξὺν στρα-  
 τιώταις πολλοῖς ἐπεμφεν, ἕφ' ᾧ διερευνησάμενοι τὰ πρᾶσσόμενα,  
 ἦν τὸν Ἰωάννην πρᾶγμασι νεωτέροις ἐγχειροῦντα εὐρήσωσι, κτεί- 5  
 ναντες τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς ἐπανήξουσι. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῷ ἔργῳ  
 τούτῳ ἐστιλλόντο. φασὶ δὲ βασιλέα τῶν ποιουμένων αἰσθόμενον  
 τῶν τινα Ἰωάννη ἐπιτηδείων παρ' αὐτὸν πέμψαι, ἀπεροῦντα  
 αὐτῷ μηδαμῇ τῇ Ἀντωνίνῃ ἐντυχεῖν λάθρα. Ἰωάννης δὲ (χορῆν  
 γὰρ αὐτῷ γενέσθαι κακῶς) τὴν βασιλέως ὑποθήκην ἐν ἀλογία 10  
 πεποιημένος ἀμφὶ νύκτι μέσσην τῇ Ἀντωνίνῃ ξυνέμιξεν, αἵμασιᾶς  
 πού τινος ἄγχιστα, ἧς δὴ ὀπισθεν καθίσασα ἐτύγγανε τοὺς ἀμφὶ  
 P 78 Ναρσῆν τε καὶ Μάρκελλον, ὅπως τῶν λεγομένων ἀκούσειαν. ἐν-  
 ταῦθα Ἰωάννης μὲν ἀφυλάκτῳ στόματι τὰ ἐς τὴν ἐπίθεσιν ὁμο-  
 λόγει τε καὶ ὅρκοις δεινοτάτοις ἀπισχυρίζετο, Ναρσῆς δὲ αὐτῷ 15  
 καὶ Μάρκελλος ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐπέστησαν. Θορύβου δὲ, ὡς τὸ  
 εἰκὸς, γενομένου οἱ τοῦ Ἰωάννου δορυφόροι (ἄγχιστα γὰρ πη ἐστή-  
 κισαν) παρ' αὐτὸν αὐτίκα ἐγένοντο. καὶ αὐτῶν τις Μάρκελλον,  
 οὐκ εἰδὼς ὅστις ποτὲ ἦν, ξίφει ἐπληξεν, οὕτω τε Ἰωάννης δια-  
 φυγεῖν ξὺν αὐτοῖς ἴσχυσεν, ἕς τε τὴν πόλιν κατὰ τάχος ἀφίκετο. 20  
 καὶ εἰ μὲν εὐθὺς ἐλθεῖν παρὰ τὸν βασιλέα ἐθάρσησεν, οἴμαι ἂν,  
 οὐδὲν ἐπεπόνθει πρὸς αὐτοῦ ἄχαρι· νῦν δὲ καταφυγῶν ἐς τὸ

1. αὐτῆς] αὐτῆς P.      5. εὐρήσωσι] εὐρήσουσι L.      18. αὐτῶν]  
 L. αὐτὸν P.

machinas ad invadendam tyrannidem paratas cum Augusta marito indi-  
 casset, Narsetem Eunuchum et Marcellum custodiis Palatinis Praefectum  
 cum valida militum manu in Rufinianum misit, mandavitque ut quae ibi  
 agerentur explorarent, ac si Ioannem res novas movere deprehenderent,  
 mactarent hominem, redirentque e vestigio. Abiere illi, facturi iussa.  
 Simul Imperator quid in Ioannem cuderetur cognovit, ad eum fertur e  
 familiaribus ipsius quemdam submisisse, qui clandestinum cum Antonina  
 congressum dissuaderet. Verum Ioannes, cui a Deo decretum erat exiti-  
 um, in postremis habens Augusti monitum, circiter mediam noctem cum  
 Antonina colloquium instituit proxime sepem, post quam illa Narsetem et  
 Marcellum, ut quae dicerentur exciperent, disposuerat. Illic Ioannes  
 dum ore incauto operam ad labefactandum Augustum suam pollicetur, et  
 fidem gravissimis iuramentis astringit, in eum Narses et Marcellus ir-  
 ruunt. Facto autem, ut fieri necesse erat, strepitu excitati, qui haud  
 procul constiterant, Ioannis satellites, ad ipsum extemplo convolant.  
 Tunc quidam Marcellum, ignarus quis ille esset, gladio sauciavit. Ita  
 cum suis elapsus Ioannes in urbem se recepit praecipiti fuga: quam si  
 recta ad Imperatorem ausus esset intendere seque illi offerre, non dubito  
 quin ei impune abire per ipsum licuisset. Iam vero in templum perfu-

ἱερὸν δέδωκα τῇ βασιλίδι κατ' ἐξουσίαν τῇ ἐς αὐτὸν ἐπι-  
βουλῇ χρῆσθαι.

B

Τότε μὲν οὖν ἐξ ὑπάρχων ἰδιώτης γενόμενος ἐς ἕτερον ἐν-  
θένδε ἀναστὰς ἐκομίσθη, ὅπερ ἐν τῷ προαστείῳ Κυζίκου πόλεως  
5 ἴδονται, Ἀρτάκην καλοῦσι Κυζικηνοὶ τὸ προάστειον. ἐνθα ἱε-  
ρεὺς γενόμενος ἐκουσίως Πέτρον ἑαυτὸν μετωνόμασεν, οὐκ ἐπί-  
σκοπον μέντοι, ἀλλ' ὄνπερ καλεῖν πρεσβύτερον νενομίκασιν. ὁ δὲ  
ἱερουργεῖν οὐχ ἤκιστα ἤθελεν, ὡς μὴ ποτε αὐτῷ ἐμπόδιον εἴη ἐς  
τὰς ἀρχὰς αἰθις ἵναί· τῶν γὰρ ἐλπίδων μεθίσθαι οὐδαμῇ ἤθε-  
10 λε. τὰ δὲ χρήματα ἐς τὸ δημόσιον ἀνάγραπτα εὐθὺς γέγονεν. ὦν  
δὴ αὐτῷ μοῖραν βασιλεὺς πολλὴν ἤφει· ἔτι γὰρ τῇ ἐς τὸν αὐτὸν  
σειδοῖ εἶχετε. ἐνταῦθα παρῆν τῷ Ἰωάννῃ, ἀφροντιστήσαντι μὲν  
κινδύνων ἀπάντων, χρήματα δὲ περιβεβλημένῳ μεγάλα, ὅσα τε  
αὐτὸς ἐτέγγανε κρύψας καὶ ὅσα βασιλέως γνώμη παρ' αὐτῷ ἔμει-  
15 νε, τρυφᾶν τε κατ' ἐξουσίαν καὶ τὰ παρόντα ἡγεῖσθαι λογισμῶν  
σώφρονι εὐδαιμόνῳ εἶναι. διὸ δὴ καὶ πάντες Ῥωμαῖοι ἐπὶ τῷ  
ἀνθρώπῳ ἀτεχνῶς ἤχθοντο, ὅτι δὴ πονηρότατος γεγονὼς δαι-  
μόνων ἀπάντων βίον παρὰ τὴν ἀξίαν εὐδαιμονέστερον ἢ πρότερον  
ἔχοι. ἀλλ' ὁ Θεὸς, οἶμαι, οὐκ ἤνεγκεν ἐς τοῦτο τὴν τίσιν Ἰω-  
20 ἀννῇ ἀποκεκρίσθαι, ἐπὶ μέγα τε αὐτῷ τὴν κόλασιν ἐξηρτύετο.  
ἐγίνετο δὲ ὧδε.

C

6. ἐκουσίως AH. ἀκουσίως P ex coniectura Alemanni ad Anecd.

p. 7. (93. ed. Malt.) 19. ἔχοι] ἔχοι L, s a m. sec.

giens, spatium Augustae ac potestatem reliquit explendi in se con-  
cepti odii.

Quo tempore e Praefectura in ordinem deiectus privatae vitae, ex  
aede sacra, cui se commiserat, ad alteram in suburbio Cyziceno, quod  
appellant Artacen, positam deportatus est. Ibi nomen Petri induit, Sa-  
cerdos invite factus, non utique Episcopus, sed Presbyter, ut vulgo vo-  
cant. At numquam sacris voluit operari, ne sibi redditum ad civiles di-  
gnitates praeccluderet: neque enim ut spes insanas abiiceret induci pote-  
rat. Continuo publicata sunt eius bona: quorum tamen partem haud  
exiguam Augustus ipsi remisit, eum adhuc indulgenter habens. In eo  
secessu Ioannes metu vacuus, grandique vallatus pecunia partim a se  
abdita, partim benignitate Principis concessa, habebat unde lautissime  
viveret, ac si eius conditionem non cupiditatis, sed rationis modo me-  
tariis, beatus erat. Romanis universis indignationem movebat commo-  
dior multo quam antea vita hominis, qui improbitate Daemones omnes  
superabat. Non tulit, opinor, Deus, ut poenarum eius hic esset finis:  
ad graviora ipsum reservabat supplicia, quae nefarius hoc modo luit.

- D Ἦν τις ἐν Κυζίκῳ ἐπίσκοπος Εὐσέβιος ὄνομα, χαλεπὸς ἀπασι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, Ἰωάννου οὐδέν τι ἤσσαν· τοῦτον Κυζικηνοὶ βασιλεῖ διαβάλλοντες ἐς δίκην ἐκάλουν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἦνον, δυνάμει αὐτοὺς περιελθόντος Εὐσεβίου πολλῇ, ζυμφορνήσαντες νεανία τινὲς ἐν τῇ Κυζίκου ἀγορᾷ κτείνουσιν. ἐτύγχανε 5 δὲ Ἰωάννης τῷ Εὐσεβίῳ διάφορος γεγονὼς μάλιστα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἢ τῆς ἐπιβουλῆς ὑποψία ἐς αὐτὸν ἦλθε. στέλλονται τοίνυν
- H 45 ἐκ βουλῆς ἄνδρες διερευνησόμενοι τὸ μίasma τοῦτο· οὐ δὴ τὸν Ἰωάννην πρῶτα μὲν ἐν δεσμοτηρίῳ καθεῖρξαν, ἔπειτα δὲ ἄνδρα
- P 79 ὑπαρχον δυνατὸν οὕτω γενόμενον, ἐς πατρικίους δὲ ἀναγραφέντα 10 καὶ ἐς τῶν ὑπάτων ἀναβεβηκότα τὸν δίσφρον, οὗ μείζον εἶναι οὐδὲν ἐν γε τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ δοκεῖ, ἔστησάν τε γυμνὸν, ἅτε ληστήν τινα ἢ λωποδύτην, καὶ ξαίνοντες κατὰ τοῦ νότου πολλοὺς εἰπεῖν τὰ βεβιωμένα ἠνάγκαζον. καὶ τοῦ μὲν Εὐσεβίου φόνου αἷτιος Ἰωάννης οὐ λίαν ἐξελέληγκτο, ἐφίκει μέντοι ἢ τοῦ Θεοῦ δίκη 15 ποινὰς αὐτὸν τῆς οἰκουμένης ἐσπρατιτομένη. ἔπειτα δὲ τὰ χρήματα πάντα ἀφελόμενοι γυμνὸν ἐς τὴν ναῦν εἰσεβίβισαν, ἰμάτιον ἓν, καὶ τοῦτο τραχὺ κομιδῇ, ἀμπεχόμενον, ὀβολῶν ὠνη-
- B θὲν ὀλίγων τινῶν, οἳ τε αὐτὸν παραπέμποντες ὅπη ἂν ἢ ναῦς ὀρμισθεῖν ἐκέλευον ἄρτον ἢ ὀβολοὺς ἐκ τῶν προσπιπτόντων αἰτεῖ- 20 σθαι. οὕτω τε πτωχεῖων πανταχόθι τῆς πορείας τῆς Αἰγύπτου ἐς τὴν Ἀντινόου κομίζεται. καὶ τρίτον τοῦτο ἔτος αὐτὸν ἐνταῦθα

2. ἐντυγχάνουσιν L. ἐντυγχάνουσι P. 15. ἐξελέληγκτο] ἐξελέληκτο HL. 16. οἰκουμένης A correctus: οἰκονομίας a pr. m.

Erat Cyzici Episcopus Eusebius, homo omnibus, in quos incidebat, non minus importunus quam Ioannes. Eius nomen ad Imperatorem Cyziceni detulerant: sed cum nihil proficerent adversus opes et gratiam, qua ipsos circumveniebat Eusebius, conspirarunt iuvenes aliquot, eumque in foro Cyziceno interfecerunt. Odio capitali Ioannes ab Eusebio dissidebat: quamobrem in ipsum collata est machinationis suspicio. Missi ex Senatu qui de scelere inquirerent, primum quidem Ioannem in vincula coniecerunt: deinde nudum non secus ac latronem aut grassatorem iussere sisti, virum, qui et Praetorii Praefecturam gesserat, qui Patriciorum ordini fuerat ascriptus, qui ad sellam consularem, qua nihil maius in Rep. Romana videtur esse, ascenderat. Hic ille secto verberibus dorso, antea vitam exponere coactus est. Ac necis quidem Eusebii auctorem ipsum extitisse non ita liquebat: verum divina iustitia ab eo vexati terrarum orbis poenas exigere videbatur. Omnibus demum facultatibus atquo adeo vestibibus exutum, et una admodum togula eaque oppido aspera ac paucis empta obolis contactum imponere in navim. Qui autem ipsum ducebant, quocumque appellerent, in terram expositum ab obviis panem aut obolos petere subigebant. Ita per Aegyptum, quacumque transit, mendicans Antinoopolin venit, iamque anni sunt tres cum

καθεύζοντες τηροῦσιν. ὁ δὲ, καίπερ ἐν τοιούτοις γεγρονῶς πά-  
θειν, οὐδὲ τὴν τῆς βασιλείας ἐλπίδα μεθῆκεν, ἀλλὰ καὶ Ἀλε-  
ξανδρέων τινὰς, ἅτε τῷ δημοσίῳ χρυσίον ἀφείλοντας, διαβα-  
λεῖν ἔγνω. Ἰωάννην μὲν οὖν τὸν Καππαδόκην δέκα ἐνιαυτοῖς  
5 ἕσπερον αὐτῆ τῶν πεπολιτευμένων κατέλαβε τίσις.

κς'. Τότε δὲ βασιλεὺς στρατηγὸν τε τῆς ἐφ' ἑαυτῆς Βελι- C  
σάριον κατεστήσατο καὶ ἐς Λιβύην πέμπσας τὴν χώραν ἔσχεν,  
ὡσπερ ἐν τοῖς ὀπισθεν λελέξεται λόγοις. ὅπερ ἐπεὶ ἔς τε Χοσρόην  
καὶ Πέρσας ἦλθε, δεινῶς ἤσχαλλον, καὶ αὐτοῖς τὴν εἰρήνην ἐς  
10 Ῥωμαίους πεποιημένοις μετέμελεν ἤδη, ὅτι δὴ αὐτοῖς τὴν δύνα-  
μιν ἐπὶ μέγα χωρεῖν ἤσθοντο. πέμπσας τε ὁ Χοσρόης ἐς Βυζάν-  
τιον πρόσβεις, ξυγγαίρειν τε Ἰουστινιανῷ τῷ βασιλεῖ ἔφασκε καὶ  
τὸ μέρος λαβεῖν ξὺν γέλωτι δῆθεν τῶν ἐκ Λιβύης λαφύρων ἠξίου,  
ὅτι δὴ οὐκ ἂν ποτε Βανδύλων τῷ πολέμῳ περιέσεσθαι ἴσχυσεν, εἰ D  
15 μὴ αὐτῷ Πέρσαι ἐσπέισαντο. τότε μὲν οὖν Χοσρόην Ἰουστινιανὸς  
χορήμασι δωρησάμενος τοὺς πρόσβεις οὐκ εἰς μακρὰν ἀπεπέμψατο.

Ἐν δὲ πόλει Δάρας τοιόνδε τι ξυνέβη γενέσθαι. Ἰωάννης P 80  
τις ἦν ἐνταῦθα ἐν κατυλόγῳ τεταγμένος πεζῶν· οὗτος οὐχ ἀπάν-  
των οἱ ξυμφοροῦντων στρατιωτῶν, ἀλλ' ὀλίγων τινῶν, τυραν-  
20 νίδι ἐπιθέμενος τὴν πόλιν ἔσχεν. Ἐν τε παλατίῳ καθήμενος,  
ὡσπερ ἐν ἀκροπόλει, τὴν τυραννίδα ἐκρατύνετο ἡμέρῃ ἐκάστη.  
καὶ εἰ μὴ Πέρσας ἔχεσθαι εἰρήνης εἰς τοὺς Ῥωμαίους τηρικαῦτα

9. ἦλθε L. ἦλθεν P. 18. ἀπάντων] τῶν add. L.

ibi in carcere asservatur. Ac ne in tanta quidem calamitate deposuit  
spem imperii: quin ausus est nuper Alexandrinos nonnullos de pecunia,  
quam aerario debebant, interpellare. Sic igitur Ioannem Cappadocem  
decimo magistratus anno poena corripuit, eorum vindex, quae in rei ad-  
ministratioe publicae commiserat.

26. Post compressam seditionem Augustus Magistrum militum per  
Orientem iterum creavit Belisarium; eundem misit in Africam, et hanc  
per ipsum recepit: ut postea in propriis ea de re libris dicemus. Ho-  
rum successuum fama tam acriter Chosroem Persasque pupugit, ut ipsos  
pacis poeniteret cum Romanis compositae, quorum opes magno iam opere  
auctas intelligebant. Tamen Chosroes Legatos destinavit Byzantium, et  
Iustiniano Aug. victoriam gratulari se dicens, per iocum partem spolio-  
rum Libycorum petiit, vel eo sibi nomine debitam, quod nisi pacem cum  
ipso Persae pepigissent, nunquam potuisset Vandalos debellare. Tunc  
Iustinianus pecunia donavit Chosroem, et Legatos eius remisit brevi.

In urbe vero Dara res contigit eiusmodi. Ibi Ioannes quidam age-  
bat in peditum numero. Iste militum aliquot manum (plerique enim ex-  
tra coniurationem erant) cum sibi applicuisset, tyrannidem affectans,  
urbem occupavit. Palatium in primis pro arce habens dominatum sibi in  
dies magis ac magis asserebat. Profecto nisi Persae tunc temporis in  
pace mansissent nobiscum inita, inde Romana res vulnus accepisset im-

ξυνέβη, ἀνήκεστα ἂν ἐνθένδε Ῥωμαίοις ἐγγόνει κακά. τῶν δὲ  
 τοῦτο ἐκώλυσε φθάσασα, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, ἡ ξύμβασις. ἡμέ-  
 ρα δὲ ἀπὸ τῆς τυραννίδος τετάρτη ξυμφορήσαντες στρατιῶται,  
 γνώμη Μάμαντός τε τοῦ τῆς πόλεως ἱερέως καὶ Ἀναστασίου  
 τῶν δοκίμων τινὸς πολιτῶν, εἰς τὸ παλάτιον μεσημβρίας ἀκμα- 5  
 Β ζούσης ἀνέβησαν, κρύψας ἕκαστος ὑπὸ τῷ ἱματίῳ ξιφίδιον.  
 καὶ πρῶτα μὲν ἐν τῇ μεταύλῳ θύρᾳ τῶν δορυφόρων εὐρόντες  
 ὀλίγους τινὰς εὐθὺς ἔκτειναν, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς τὸν ἀνδρῶνα  
 ἔσβάντες τοῦ τυράννου ἤπιοντο· τινὲς δὲ φασιν οὐ τοὺς στρα-  
 τιώτας αὐτὸ πρῶτους ἐργάσασθαι, ἀλλ' αὐτῶν ἔτι μελλόν- 10  
 των τε ἐν τῇ μεταύλῳ καὶ κατωρρωδηκίων τὸν κίνδυνον,  
 τῶν τινὰ ἀλλαντοπωλῶν ξὺν αὐτοῖς ὄντι ἐσπηδῆσαι τε ξὺν  
 τῇ κοπίδι καὶ τῷ Ἰωάννῃ ἐντυχόντα ἀπροσδοκίτως παῖσαι.  
 καὶ τὸν οὐ πληγέντα μὲν καιρίαν πληγὴν, ξὺν Θορόβῳ δὲ  
 πολλῶ φεύγοντα, ἐς τούτους δὴ τοὺς στρατιώτας ἐμπεσεῖν 15  
 C ἄφνω. οὕτω τε τοῦ ἀνθρώπου αὐτοὺς ἀψαμένους πῖρ μὲν  
 αὐτίκα τῷ παλατίῳ ὑφάψαντας καῦσαι, ὡς μὴ τις ἐλπίς ἐν-  
 θένδε ἀπολειφθεῖη τοῖς τὰ νεώτερα πράγματα πράσσουσιν, αὐ-  
 τὸν δὲ ἐς τὸ δεσμοτήριον ἀπαγαγόντας δῆσαι. καὶ αὐτῶν  
 τινὰ δέσαντα μὴ οἱ στρατιῶται περιεῖναι τὸν τύραννον γρόν- 20  
 τες πράγματα τῇ πόλει αὐθις παρούσωνται, κτεῖναι τε τὸν  
 Ἰωάννην, καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ τὴν ταραχὴν παῦσαι. τὰ  
 μὲν οὖν ἀμφὶ ταύτῃ τῇ τυραννίδι τῆδε ἐχώρησεν.

2. ἐρρήθη] ἐρρέθη P. 7. μεταύλω L. μεσαύλω P. 10. ἐργά-  
 σασθαι] ἐργάσθαι L. Quod ex Reg. affert Maltretus.

medicabile: sed ante sancita, ut dixi, concordia illud avertit. Quarto  
 demum a tyrannide incepta die conspirarunt inter se milites, et de sen-  
 tentia Mamantis, qui civitatis antistes erat, atque Anastasii civis prima-  
 rii ad palatium ascenderunt ipso meridie: abditam sub veste sicam  
 quisque gestabat. Ac primum cum pro ianua inter aulam utramque me-  
 dia paucos satellites offendissent, confecere illico: deinde andronem in-  
 gressi tyranno manus iniecerunt. Tradunt nonnulli primam huius faci-  
 noris laudem non deberi militibus, sed fartori cuidam ipsis permisto:  
 qui, dum hi metu cunctarentur ad ianuam, intro cum cultro culinario  
 insiluerit, deque improviso percusserit Ioannem obvium: hunc vero plaga  
 minime letali accepta cum magna perturbatione fugisse, ac praeter opi-  
 nionem incidisse in milites; illoque ab his correpto, mox palatium in-  
 census, ut rerum novarum cupidis nulla praesidii spes reliqua esset:  
 abductum deinde Ioannem in carcerem vinctumque: tandem a quodam  
 interfectum, verito scilicet ne milites, si audirent tyrannum vivere, ne-  
 gotium denuo civitati facerent: atque ita compressum fuisse motum.  
 Hunc illa tyrannis cursum, hunc exitum habuit.



E P I T O M E L I B R I I. P 81  
V 277

D E B E L L O P E R S I C O .

E BIBLIOTH. PHOTII, COD. LXIII.

INTERPRETE ANDREA SCHOTTO, E SOC. IESU.

α'. *Ἀνεγνώσθη Προκοπίου τοῦ ῥήτορος ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις  
ὀκτώ. ἱστορεῖ δὲ τὰ ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συνενεχθέντα πρὸς τε Πέρσας  
Ῥωμαίοις καὶ πρὸς Βανδύλους καὶ Γότθους, ἃ Βελισάριος στρα-  
τηγῶν διεπράξατο μάλιστα· ᾧ καὶ τὰ πολλὰ ὁ ῥήτωρ συνῶν τὴν  
5 ἱστορίαν ἐξ ὧν ὄψει παρείληφε συνεγράψατο.*

β'. *Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ διέξεισιν ὡς ἀποβιοῦς  
Ἀρκάδιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς Θεοδοσίῳ τῆ παιδὶ Ἰσδιγέρδην  
τὸν Περσῶν βασιλέα κηδεμόνα κατέλιπεν ἐν ταῖς διαθήκαις, ὁ  
δὲ ταύτας δεξιόμενος ἐπετρόπευσε τοῦ παιδὸς σωφρόνως καὶ Θεο-  
10 δοσίῳ τὴν βασιλείαν διεσώσατο. εἶτα Οὐαραράνης τὸν Ἰσδιγέρδην Β  
τελευτήσαντα διαδεξιόμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Ῥωμαίους· Ἀνατο-  
λίου δὲ τοῦ τῆς ἐώας στρατηγοῦ παρὰ τοῦ Θεοδοσίου εἰς Πέρσας*

3. Βελισάριος] Βελισάριος P.

1. *Leguntur Procopii rhetoris historiarum libri octo. Narrat quae sub  
Iustiniano Imperatore Romani cum Persis, Vandalis ac Gotthis gesserunt,  
ductu potissimum Belisarii, belli Imperatoris, cum quo rhetor hic diu  
multumque familiariter versatus, quae oculis spectaverat, memoriae  
mandavit.*

2. *Primo itaque libro isthaec commemorat. Arcadius Rom. Impera-  
tor vita functus Theodosio filio tutorem Isdigerdem Regem Persarum te-  
stamenti tabulis reliquit. Quibus ille tabulis acceptis, puerum liberaliter  
eduxit, regnumque illi sartum tectum servavit. Inde Vararanes, Isdi-  
gerda mortuo, succedens, contra Romanos bellum movit. Verum Anato-*

ἐπὶ πρεσβείᾳ σταλέντος Οὐαραράνης ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὴν πρεσβείαν δεξιόμενος ὑπέστρεψε σπονδὰς θέμενος.

γ'. Εἶτα Περδύξης ὁ Περσῶν βασιλεὺς, Ἰσδιγέρδην ἄλλον τὸν Οὐαραράνον παῖδα διαδεξιόμενος, ἐπολέμησε πρὸς Οὐννοὺς, ἔθνος οὕτω καλουμένους Ἐφθαλίτας, οὓς καὶ λευκοὺς καλοῦσι· 5  
λευκοὶ γάρ εἰσι καὶ οὐκ ἄμφορφοι τὰς ὕψεις, οὐδ' ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις Οὐννοῖς· οὔτε γὰρ νομαδικοὶ εἰσιν οὔτε ἄγριοι, ἀλλὰ πο-  
C λιτεία τε νομίμῳ χροῶνται καὶ ὑπὸ σφῶν βασιλείᾳ τάττονται. προσοικοῦσι δὲ πρὸς βορρῶν ἄνεμον Πέρσαις· διὸ καὶ ὄροθεσίων ἕνεκα ἐπὶ τοὺς Ἐφθαλίτας Περδύξης ἰστράτευσεν. ἀλλὰ τὸ μὲν 10  
πρῶτον δυσχωρίαις περιπεσὼν ἐκ προνοίας τῶν Ἐφθαλιτῶν, αἰ-  
σχρῶς καὶ μόλις σπονδὰς θέμενος ὑπέστρεψε. προσεκύνησε γὰρ ἅτε κύριον τὸν βασιλεῖα τῶν Ἐφθαλιτῶν, καὶ μήποτε ἐπιστρα-  
τεύειν διομοσάμενος ἀπηλλάγη.

δ'. Παρασπονδήσας δὲ ὕστερον καὶ ἐπιστρατεύσας ἀκλεῶς 15  
ἡμα τῷ παντὶ στρατῷ διεφθάρη, τάφροις τισὶ καὶ διώρῳξι περι-  
πεσὼν διεσκενασμένοις, τέταρτον καὶ εἰκοστὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ  
P 82 ἑλαύνων ἐνιαυτόν. ἐν ᾧ καὶ τὸν πολυθρύλητον μάργαρον, ὅσπερ  
ἐξ ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ Περδύξου ἀπεκρέματο, συνέβη ἀφανισθῆναι.

18. πολυθρύλητον Bess. (h. e. codex Bessarioneus) πολυθρύλ-  
λητον P. *ibid.* Scholion, ὅτι οἱ μαργαρίται καὶ μάργαροι λέγον-  
ται καὶ μαργαρίδαι. εὔρηται γὰρ ὁ μάργαρος παρὰ τε Προκοπίῳ  
τῷ ἡγήτορι καὶ ἄλλοις ἀξιολόγοις, τὸ δὲ μαργαρίδαι παρὰ τε Πρα-  
ξαγόρῳ ἰωνίζοντι ἐν τῇ περὶ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον δευτέρῳ ἱστο-  
ρίᾳ καὶ παρ' ἄλλοις. οἱ δὲ μαργαρίται σύνηδες καὶ πολὺ ἐν τῇ  
χρήσει.

lio, duce Orientis, ad Persas in legationem a Theodosio misso, Vararanes Persarum Rex legatione audita, domum icto foedere revertit.

3. Post haec Perozes Persarum Rex Isdigerdam alterum Vararanae filium excipiens, iis Hunnis bellum intulit, qui Ephthalitae et Candidi nominantur. Sunt enim albi coloris: utque egregia specie, sic et caeteris Hunnis dissimiles. Neque Numidarum ritu vagantur, vel agrestes sunt: sed civilem inter ipsos societatem legibus tuentur, Regibusque suis subiiciuntur. Hi ad Boream Persis finitimi sunt. Quamobrem etiam finium terminorumque causa in Ephthalitas Perozes exercitum duxit. Sed Ephthalitarum vafricie, ad iniqua primum loca delatus, ignominiose et vix salutem pactus, rediit. Adorans enim tanquam dominum Ephthalitarum Regem, et nunquam postea bellum se moturum iureiurando confirmans, evasit.

3. Rupto tamen ille postea foedere, ductisque iterum copiis, foede simul cum omni exercitu periit, fossis quibusdam ac puteis ab hoste comparatis haustus, cum quartum et vicesimum regnaret annum. Quando et celebratus ille unio, quem dextera gestabat aure, periit.

έ. Ἐἴτα μετὰ Περόξην ὁ νεώτατος υἱὸς Καβάδης ὡς ἐβασίλευσεν, ὅπως τε παρανομῶν εἰς τὸ τῆς λήθης φρούριον ὑπ' αὐτῶν Περσῶν ἐνετέθη.

ς. Ὅπως τε λαθῶν διὰ τῆς γυναικὸς εἰς τοὺς Ἐφθαλίτας 5 ἀπέδρα, καὶ ὅπως ἐκείσε κηδεύσας, στρατῶ μεγάλῳ Ἐφθαλιτῶν ἐπὶ Πέρσας ἔλασας, ἀμαχητὶ τὴν ἀρχὴν ἀνεκτίσατο, καὶ Βλάσιν τὸν Περόξου ἀδελφὸν ἀντ' αὐτοῦ βασιλεύσαντα ἔρημον λαβῶν τῶν ἀμνηνομένων ἐξετέφλωσε, ζέον ἔλαιον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἤνευ- B γμένοις ἐπεχέας· τρόπον γὰρ τῷδε Πέρσαι τυφλοῦσιν. τὰ τε 10 περὶ Πακουρίου τοῦ Περσῶν βασιλέως καὶ Ἀρσάκου Ἀρμενίων, τῆς τε τῶν ἐπιουιδῶν ὑποθήκης κατὰ Ἀρσάκου τῷ Πακουρίῳ γεννημένης, εἰ μὴ μῦθος ταῦτα, συνέθετο.

ζ. Ὅτι Καβάδης ὁ προειρημένος ὀφλῶν Ἐφθαλίταις χρήματα Ἀναστάσιον βασιλέα ἤτειτό οἱ δανεῖσαι, τοῦ δὲ μὴ δόντος, 15 ἄνευ ἄλλης αἰτίας ἀθρόον πολλὰ τῆς Ἀρμενίας κατέδραμε καὶ Ἀμίδαν ἐπολιόρκει, ἀπορήσας δὲ ἀνεχώρει. ἀναχωροῦντι δὲ ἡ τῶν ἐταιριδῶν γυναικῶν αἰσχροπραγμοσύνη αἰτία τῆς ὑποστροφῆς C κατέστη, καὶ πολιορκήσας θυμῷ καὶ ὀργῇ Καβάδης τὴν τε πόλιν V 278 κατὰ κράτος ἔσχε καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ἠνδραποδίστατο. ὕστερον δὲ 20 πολλοὺς τῶν αἰχμαλώτων ἀγῆκε προῖκα, οὓς καὶ Ἀναστάσιος ἐς τὰ μάλιστα ἐφιλοφρονήσατο.

2. τε Bess. δὲ P. 6. βλάσιν Bess. Βλάσην P. 8. ἠνεωγμένοις Bess. ἀνεφγμένοις P. 13. ὀφλῶν ] ὀφλων P.

5. Dehinc post Perozen Cabades, minimus natu filius, regnum cepit. Is violatarum legum reus factus, in custodiam, cui *Lethes* nomen, ab ipsis Persis missus est.

6. Uxoris tandem fraude dilapsus, ad Ephthalitas confugit: quorum cum ingentem collegisset exercitum, quem in Persas duxit, regnum sine pugna recuperavit, et Blasen Perozi fratrem iam tum pro se regnantem, desertum a suis captumque, oleo ferventi in oculo misso (sic enim Persis solenne est) excaecavit. Quae insuper Pacurium inter Persarum Regem et Arsacem Armeniorum contigerunt, deque Magorum consilio Pacurio contra Arsacem dato, nisi fabulosa haec sunt, scripsit auctor.

7. Idem ille Cabades Ephthalitis ingenti aere obstrictus, ab Anastasio Imp. pecuniam mutuum postulavit. Quam ubi non impetravit, nulla alia de causa repentina incursione bonam Armeniae partem vastavit, Amidamque obsedit. Dum vero ab ea, potiundae spe amissa, recedit, foedum meretricularum spectaculum iterandae obsidionis causam praebuit. Ira igitur ac furore percitus Cabades in obsidione perdurans, urbem vi expugnat, civesque servos esse iubet. Postea tamen plerosque captivos gratis domum remisit: quos et Anastasius omni est benevolentiae genere complexus.

η'. Ὅτι πολιορκουμένην Ἀμίδαν μαθὼν Ἀναστάσιος στρατεύματος πλήθος λίαν κατὰ Περσῶν ἔστειλε, στρατηγὸς ἐπιστήσας Ἀρεόβινδόν τε τῆς ἐφῶς στρατηγόν, ὃς ἦν Ὀλυβρίου κηδεστῆς, τοῦ μικρῶ πρόσθεν τῆς ἐσπέρας βασιλεύσαντος, Κέλερά τε τὸν μάλισταρον Πατρίκιόν τε τὸν Φρόγα καὶ Ὑπάτιον τὸν 5  
 D οἰκεῖον ἀδελφιδοῦν. οὗτοι μὲν οὖν στρατηγοὶ τέσσαρες, συνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Ἰουστίνος ὁ μετὰ Ἀναστάσιον βασιλεύσας, ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τὰ πολέμια. στρατεύματα γὰρ τοιοῦτον οὐποτε ἐπὶ Πέρσας Ῥωμαίοις φασὶ ξυστῆναι. ἀλλ' ὕστερησάντων ἡ πόλις ἐάλω, καὶ οὐχ ἅμα Καβάδῃ πολεμήσαντες, ἀλλὰ χω- 10  
 ρὶς ἕκαστοι, ἀκλεῶς ἀπηλλάγησαν, πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλόντες.

θ'. Ὑστερον δὲ ἐς Ἀμίδαν ἀφικόμενοι ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν· χρονοτριβοῦντων δὲ οἱ ἐντὸς Πέρσαι, ἤδη δὲ καὶ ἀπορούμενοι, ἐς σπονδὰς Ῥωμαίοις ἔτεσιν ἐπιτὰ συνέβησαν, Κέλερος 15  
 μὲν ὑπὲρ Ῥωμαίων, Ἀσπενέδου δὲ ἀντὶ Περσῶν αὐτὰς ποιησαμένων.

P 83 ι'. Ὅτι τὸ Κιλικῶν ὄρος ὁ Ταῦρος ἀμείβει μὲν τὰ πρῶτα Καππαδόκας καὶ Ἀρμενίους καὶ τῶν Περσαρμενίων τὴν γῆν, εἶτα Ἀλβανούς καὶ Ἰβήρας, καὶ ὅσα ἄλλα αὐτόνομα ἔθνη καὶ Πέρ- 20  
 σαις κατήκοα ταύτῃ ὠκνηται. ὑπερβάντι δὲ τοὺς Ἰβήρων ὄρους ἀτραπὸς ἐστὶν ἐν στενοχωρίᾳ πολλῇ ἐπὶ σταδίου πεντήκοντα.

3. ὀλυβρίου Bess. Ὀλυμβρίου P. 7. βασιλεύσας Bess. βασιλεύς P.  
 22. πεντήκοντα Bess. ξ P.

8. Cognito vero Amidam obsideri, ingentes admodum adversus Persas Anastasius copias misit, creatis ducibus Arcobindo Orientis Duce, qui Olybrii, eius qui paulo ante in Occidente imperaverat, gener erat: Celere item Magistro: Patricio quoque Phryge, et Hypatio cognato patruale. Ad quatuor autem hosce duces accesserunt et Iustinus, qui Anastasii imperium excepit, aliique plurimi bello praestantes viri. Exercitum tantum nunquam a Romanis in Persas missum ferunt. At dum moram cunctando nectunt, capta civitas est. Neque simul omnes cum Cabade conserta manu conflixerunt; sed seorsim singuli turpiter victi, multis suorum desideratis, discesserunt.

9. Tandem tamen ductis ad Amidam copiis, urbem cinxerunt, diuque haerentes Romani Persas inclusos et rerum inopia laborantes ad septem annorum inducias compulerunt, auctoribus Celere Romano, et Aspeuede Persa.

10. Taurus Cilicum mons per Cappadocas primum et Armenios sese extendit ac terram, quos vocant, Persarmeniorum. Dehinc per Albanos porrigitur, et Iberos, et quascumque alias sui iuris gentes, quae Persis dicto audientes iis in locis habitant. Praetergresso vero Iberorum fines, semita quaedam occurrit angustissima, stadiis fere sexaginta

ἔξικτουμένη, αὕτη τε ἡ ἀτραπὸς ἐς ἀπίτομόν τινα καὶ ὅλως ἄβυ-  
 τον τελευτῆ ᾠχῶρον· δίοδος γὰρ οὐδεμίᾳ φαίνεται, πλήν γε δὴ  
